4. Die geheimnisvollen Andeutungen und die Anempfehlung gröfserer Vorsicht beweisen, dafs Alberto Pio mehr von Valla wollte als Bücher. Nun hatte er 1496—1497 einen Streit mit seinem Vetter, worin Venedig sich mischte (Sanuto I S. 699 vom Juli 1497, zwei Dokumente von 1496 im Appendix 6). Die Vermutung liegt also nahe, dafs er bei dieser Gelegenheit Nachrichten von den Beschlüssen der Republik durch Valla zu bekommen suchte. Valla hat ihm später seine Übersetzungen von Euklid lib. XIV—XV und von Nicephorus und Proclus de astrolabo dediciert (illustri principi Alberto Pio Carpensi in dem Band von 1498). Alberto kaufte bekanntlich Vallas Bibliothek. Über sein Verhältnis zu Aldus s. Didot S. 8 ff.

5. Ist vorläufig ganz undatierbar.

7. Antwort auf 6, also Dezember 1491 geschrieben. Der folgende Brief, der auf 7 antwortet und 28. Dez. 1491 datiert ist (was sich nicht ohne Gewalt hinwegkorrigieren läfst), beweist, dafs das Datum 4⁰ Cal. Januarias verschrieben ist. Ich vermute statt 4⁰ quarto decimo, wodurch wir wahrscheinliche Zeitabstände zwischen den drei Briefen bekommen (11.—19.—28. Dez.).

9. Antwort auf 8, also 13. Jan. 1492.

11. Antwort auf 10, also 20. Febr. 1492.

14. Gehört nicht in eine Reihe mit den vorhergehenden, wie aus den Äufserungen über Archimedes und De expet. hervorgeht; diese kurzen Andeutungen sind nach den ausführlichen in 13 nicht am Platz; auch ist in den zunächst vorhergehenden Briefen von Vitruv keine Rede mehr. Der Brief gehört nach Ep. 36 (also zwischen 11 und 12); zwischen den beiden ist dann Raum für einen verlorenen Brief des Antiquarj, worin er auf die in 36 enthaltenen Mitteilungen über Archimedes (s. oben S. 45) und Vitruv hin auf die Veröffentlichung von Vallas Arbeiten über diese gedrungen hat, und darauf bezieht sich dann die Mahnung in 12. Unser Brief ist also geschrieben 8. Aug. 1492. Die Handschrift von Archimedes mit dem Kommentar des Eutokios, wonach Valla eine Übersetzung machen wollte (vgl. über diesen Plan Ep. 13, 31; er wurde nicht ausgeführt; nur einige Bruchstücke sind De exp. XI, 8 und XIII, 2 aufgenommen, s. Neue Jahrb. Suppl. XII S. 379 ff.), ist Quelle aller jetzt erhaltenen, aber verschwunden; sie war seit dem XIII. Jahrhundert in Italien (s. Abhandl. z. Gesch. d. Math. V S. 80 ff. und Zeitschr. f. Math. u. Phys., hist. Abt. XXXVII S. 97).

15. Geschrieben 19. Juli 1491. Denn um diese Zeit war Angelo Poliziano in Ferrara und Venedig um Handschriften für Lorenzo Medici zu sammeln. In einem Brief aus Venedig 20. Juni 1491 (Fabronius,

Vita Laurentii II S. 285) schreibt er an Lorenzo: in Vinegia ho trovato alcuni libri di Archimede et di Herone mathematici, che ad noi mancano, und die er abschreiben lassen will. Von dieser Hs. ist also hier die Rede; die berühmte Archimedeshandschrift Vallas enthielt auch Hero *περὶ μέτρων*, und Lorenzo hat schliefslich eine Kopie bekommen (Laur. 28, 4). Aus dem angeführten Brief geht hervor, dafs Poliziano schon in Ferrara gewesen war; aber ohne Zweifel kam er auch auf der Rückreise von Venedig dahin und hat dann dem Leoniceno von Vallas Schätzen erzählt. Nicolo Leoniceno, Professor der Medizin in Padua und später in Ferrara (wo er 1524 starb), ist genügend bekannt; seine Korrespondenz mit Poliziano in dessen Epistolae (Basil. 1522) lib. II S. 43 ff. Er hat Aristoteles de partibus animalium und Hippokrates' Aphorismen übersetzt.

16. Antwort auf den vorhergehenden, 13. Nov. 1491.

18. Das Datum ist falsch; denn Gian Galeazzo, dessen kürzlieh erfolgter Tod erwähnt wird, starb am 20. Oktober 1494. Aufserdem pafst superioribus diebus nicht, wenn Ep. 18 schon am folgenden Tag nach 17 geschrieben ist, und der neapolitanische Gesandte konnte dann den Valla nicht von der Überbringung von Ep. 17 benachrichtigen. Das einfachste ist 30. Oct. zu schreiben.

20. Wird durch die Erwähnung von ista cum Gallis recens pax auf den 22. Oktober 1495 fixiert.

21. Antwort auf 20 vom 5. Nov. 1495.

22. Undatierbar; Francesco Vitali ist mir unbekannt. Die commentarii, qui a nobis iam pridem exierint, können nicht die Erläuterungen zu Plinius II sein, woran man zunächst denken möchte; denn sie hat Valla selbst nicht veröffentlicht.

23. Bietet gar keine Handhabe für eine Datierung; der Adressat unbekannt. Die Notizen aus Anatolios decken sich mit De exp. III, 17—18; vgl. Neue Jahrb. Suppl. XII S. 398 ff.

24. Franciscus Ravennas ist wohl derselbe, von dem Sanuto I S. 822 (Nov. 1497) erzählt, der Herzog Boguslaus von Pommern habe mit sich nehmen wollen Pier Francesco da Ravena doctor et cavalier, che lese in raxon canoniche a Padoa, chiamato da la Memoria, ch'el vada con lui nel suo paexe a lezer in quel studio. Ob diese Absicht verwirklicht wurde, ist mir unbekannt; wenn nicht, möchte man den Brief 14. Okt. 1499 datieren, weil Valla krank ist und die Kopfschmerzen, worüber er klagt, zu seiner letzten Krankheit stimmen.

25. Papa Janus, der von Venedig nach Rom ziehen will, ist der bekannte griechische Priester und Schreiber Johannes Rhosus, der 1491 mit Poliziano in Venedig war (Fabronius, Vita Laurentii II S. 285: tanto che Papa Janni ha che scrivere per un pezo) und dort nach seinen Subscriptionen für die Mediceer Laur. 81, 23 86, 18 53, 13 75, 14 geschrieben hat, alle im Jahre 1491; auch Laur. 4, 3 ist am 31. März 1492 noch in Venedig geschrieben, aber Paris. gr. 1857 aus dem Jahre 1492 ist nach Montfaucon, Palæogr. gr. S. 81 schon in Rom

geschrieben; wenn das richtig ist, fällt der Brief 19. Juli 1492. Im Sept. 1492 war Rhosos in Florenz (Laur. 85, 25), 10. Juli 1493 in Rom (Laur. 58, 11).

26. Wird durch die Antwort Ep. 27 auf den 27. November 1491 fixiert.

27. Antwort auf 26. Valla hat von De exp. 22 Bücher fertig. Nach Ep. 7 hatte er Dez. 1491 neunzehn und etwas mehr geschrieben. Also fällt unser Brief 17. Jan. 1492.

28. Begleitschreiben der an Giusti (in Verona) dedicierten Übersetzung der Magna moralia des Aristoteles, gedruckt 13. Juli 1496 (Poggiali II S. 152); damals safs aber Valla im Gefängnis, wovon er erst 14. Okt. entlassen wurde; also wohl Nov. 1496 geschrieben.

29. Ruzinento ist offenbar ein früherer Kollege in Pavia, der jetzt nach langer Unterbrechung des Verkehrs zum ersten Mal wieder geschrieben hat, um sich für die freundliche Aufnahme seines Neffen zu bedanken. Nun macht auch der sicher zu datierende Brief 38 durchaus den Eindruck, in den Anfang des neu belebten Verkehrs zu gehören; Ruzinento ist eben erst (wohl durch den Neffen) auf Vallas Schriften aufmerksam geworden. Also können wir mit Wahrscheinlichkeit unseren Brief in dasselbe Jahr setzen, 31. Mai 1498. Zwischen dem 31. Mai und dem 19. Juli ist Zeit genug für die Ep. 38 erwähnten drei Briefe des Ruzinento.

30. Ist nach dem 15. März 1488 geschrieben, wo Barocius Bischof von Padua wurde, aber vor Sept. 1498, wo die Übersetzung von Euklid XIV—XV im Sammelband erschien; wie lange vorher, kann nicht genau angegeben werden, weil wir nicht wissen, wann die vorauszusetzende (vgl. oben S. 38) Sonderausgabe gedruckt ist. Okt. 1496 ist wegen der Verhaftung so ziemlich ausgeschlossen; vor 1494 kann das an den 1475 gebornen Alberto Pio dedicierte Werk doch auch kaum erschienen sein;[1]) 1497 ist von anderen Arbeiten (Cleonides, Galen) sehr in Anspruch genommen; wir können also mit einiger Wahrscheinlichkeit 21. Okt. 1495 annehmen.

31. Antwort, 24. Okt. 1495.

32. Antonio Visconti (mit Gian Jacopo Trivulzis Nichte Maddalena di Gianfermo Trivulzio verheiratet, Schüler und Gönner des Pontico Virunio, der ihm seine Declarationes in Erotemata Guarini dedicierte — ad Magnificum Antonium Vicecomitem Ludovici Sfortiae Subrorum Ducis consiliarium ac oratorem Ferrariae, Ferrara 13. März 1509 —; vgl. Ap. Zeno II S. 312 ff.), seit 1494 consiliarius des Ludovico Moro, war 1497 dessen Gesandter in Ferrara. Da nun die Übersetzung

1) Et perinde cum te, Alberte Carpensis Princeps optime, unum tanquam in artium liberalium eminenti specula positum omnes admirentur bonis extremis (l. externis) insignem, corporis dotibus omnibus egregium, ut non modo ab Aldo tuo, uiro plane integerrimo de te nobis admiranda praedicante, sed etiam aliorum fama percelebri hausimus. Es ist die erste Anknüpfung.

von Galen de distemperantia, der dieser Brief als Begleitschreiben dient, im Sammelband von 1498 enthalten ist (magnifico viro Antonio Vicecomiti equiti iurato legato ducis Mediolani), bleibt für unseren Brief keine andere Möglichkeit als 12. Sept. 1497. Constantinus Lascaris de nomine besafs Valla selbst (cod. Mutin. III B, 5; s. Allen S. 8 nr. 57).

33. Nach 32 hat Gian Pietro Cademusto dem Visconti das Buch überbracht, wie gesagt, in Ferrara. Aus der oben angeführten Dedikation (S. 36 Anm.) wissen wir, dafs ein Ferrareser Arzt ihn in einer schweren Krankheit behandelt hat. Der Schlufs ist daher fast zwingend, dafs hier von eben dieser Krankheit die Rede ist, und dafs der Brief also nach 32 geschrieben ist 28. Nov. 1497. Auch liegt es nahe, dafs Cademusto, der ja in diesem Punkt Bescheid wufste, eben deshalb die beiden Briefe neben einander gestellt hat. Auf Ferrara pafst ferner die Angabe, dafs er sowohl zu Wasser als zu Lande nach Venedig zurückkehren kann.

34. Aurelio Brandulino, genannt Lippus, aus Florenz, wo er eine Professur der humaniora bekleidete; er ging später nach Ungarn, und als er nach dem Tode des Matthias Corvinus zurückgekehrt war, wurde er Mönch und als Prediger berühmt; er starb Okt. 1497 (Ap. Zeno II S. 193 ff.). Antonio Loredan, der oft als Gesandter verwendet wurde (so 1495 und 1498 beim französischen König, 1500 beim Kaiser Maximilian, s. Justinianus, Rerum Venet. hist. S. 347, 351; Sanuto I S. 997; II S. 6), war nach 1485 kurze Zeit verbannt.[1]) Darauf wird sich die Rede bezogen haben. Wie es scheint (officiosaque ei officeret opera), ist er zur Zeit des Briefs noch nicht zurückgerufen; dieser wird deshalb 1. März 1486 geschrieben sein. Dazu stimmt der Titel eloquentiae professor, der sich auf die Professur in Florenz beziehen wird.

35. Ist undatierbar. Der Johannes Placentinus, der als adolescens angeredet wird und in Vigoleno als Schullehrer sitzt, kann nicht der bekannte Carmelitermönch Johannes Craston aus Piacenza sein, der doctor theologiae in Pavia war und schon 1483 sein Lexicon latinograecum herausgab und noch früher ein Psalterium Graecum cum versione Latina (Mediol. 1481, die Vorrede bei Botfield S. 13).

36. Ist datiert auf 19. Juli (s. oben) 1492 durch die Erwähnung des kürzlich eingetroffenen Todes des Lorenzo Medici († 8. April 1492). Hierzu stimmt die Übersendung von Vittore Pisanos Ausgabe von Ciceros Orator (datiert XVII. kal. Aug. 1492).

37. Ist der in 13 angedeutete Brief, also geschrieben 13. Jan. 1494. Über den berühmten Veroneser Arzt Alessandro Benedetti (Professor der Medizin in Padua, wo er ein theatrum anatomicum gründete, s. Tosoni, Della Anatomia degli antichi e della scuola anatomica Padovana, Padova 1844, S. 65; vgl. sein Buch de partibus corporis humani

---

1) Diese Notiz, wie die meisten über venetianische Adlige, habe ich aus Capellari, Il Campidoglio Veneto, das sich handschriftlich in der Marciana befindet.

I, 1[1]) und V, 35,[2]) wo er die Einrichtung und den Nutzen eines solchen bespricht; er starb 1525) s. im allgemeinen Ap. Zeno II S. 43 ff.; [3]) für sein Verhältnis zu Valla vgl. dessen Dedikation der Magna moralia an den Veroneser Giusto Giusti, wo er unter dessen berühmten Landsleuten nennt: Alexander Benedictus eloqnio et doctrina medicus primas tenens; De exp. XLVII, 2: at nostra tempestate insignis philosophus medicusque celebris Alexander Benedictus Veronensis, qui ut est acuti ingenii, iudicii prudentis et doctrina bene armatus, ita non minus diserte quam grauiter anatomicen corporis humani totam cognoscendam tradidit, ad quam lectorem mittendum existimamus. Benedetti selbst führt De pestilenti febre cap. 20 S. 1173 eine Arznei an mit dem Zusatz: miro enim praesidio, ut Georgius Ualla Placentinus aetate nostra doctissimus nobis affirmauit, a pestilentia tentantes[4]) liberat, neminemque, qui eam oportune potionem ieiunus biberit, ab hac uiolentia opprimi constat manifesto ac uulgato experimento. Gewifs meint er auch Valla, wenn er in der Vorrede der Signa morborum von der emendatio et communis lima spricht, qua uti cum amicis soleo.

Eine Schwierigkeit liegt in der Feststellung des Werks, dessen IV. und V. Buch Valla dem Antiquarj zugestellt hat (Ep. 12). Die Anatomie (historiae de partibus corporis humani lib. I—V ad Maximilianum Caesarem) kann es nach diesem Brief nicht sein; sie ist offenbar noch nicht gedruckt. Man könnte an De pestilenti febre denken, wovon Benedetti in der Vorrede an einen (ungenannten) Senator clarissimus, seinen alten Studiengenossen,[5]) sagt[6]): et quaedam experimenta, quod non pudet referre certa fide prodita, addemus, uel quae ipsi experti sumus; est enim hic quintus inter XII libros de febribus, quem a me, clarissime Senator, priusquam in Graeciam nauigarem,[7]) efflagitasti. Die Vorrede ist datiert Venetiis VIII kalendas Julias 1493. Es

1) De utilitate anatomices et de cadauere eligendo deque temporario theatro constituendo; es soll sein, quale Romae ac Veronae cernitur.

2) Empfiehlt frequens huiusmodi theatrum, quod singulis saltem annis celebrandum sit, quoniam in eo uera uidemus etc. Erst hundert Jahre danach wurde ein solches in Venedig eingerichtet.

3) Seine griechischen Handschriften Centralbl. f. Bibl. I S. 385 ff.

4) Wohl eher tentatos.

5) S. 1133: nouimus enim te gymnasii nostri tempore communibusque studiis in omni genere doctrinae elegantissimum ac linguae latinae obseruantissimum. Das Buch enthält eine Fülle interessanten Materials (so cap. 21 S. 1173 die Krankengeschichte des jungen Patriziers Marco Marcello, S. 1132 eine Bemerkung von dem zur Verhütung der Einschleppung der Pest angestellten Beamten in Venedig; es ist überhaupt aus der Praxis hervorgegangen und zu einem bestimmten praktischen Zweck geschrieben). Als Bruchstück giebt es sich durch Anfang (diximus de iis febribus in putridae materiae genere, quas acutas simpliciter uocauimus; nunc transeundum est u. s. w.) und Schlufs (haec de pestilenti febre dicta sint; de febri uero, quae uarros et boam uel similes affectus affert, quum de febri sanguinea agemus, suo dicemus loco) zu erkennen.

6) S. 1132 der Ausgabe Basil. 1539, die ich überhaupt benutze.

7) Er hatte vor 1490 eine Studienreise in Griechenland gemacht.

wäre ja möglich, dafs auch eine Sonderausgabe des IV. Buches existiert hätte. Die Charakteristik des Antiquarj Ep. 12 pafst vortrefflich auf dieses Werk, und, wenn wir auch nichts von einer solchen Ausgabe wissen, bleibt diese Annahme immerhin wahrscheinlicher als die andere allein mögliche, es sei eine (ebenso wenig bezeugte) Sonderausgabe eines Teils des grofsen Werks gemeint, wovon 8 Bücher als noch sub lima erwähnt werden, und das später in 30 Büchern erschien unter dem Titel: Omnium a vertice ad calcem morborum signa, causae, indicationes et remediorum compositiones utendique rationes generatim libris XXX conscripta (ad Maximilianum Caesarem Augustum inuictissimum imperatorem). In der Vorrede verspricht er dem Kaiser die hier als fertig bezeichneten libri sex de uenenis ac uenenatis animalibus dereinst zu dedicieren; sie sind nicht gedruckt. Sein dauerndes Freundschaftsverhältnis zu Antiquarj bezeugt der vor der Ausgabe von 1539 abgedruckte Brief:

Jacobus Antiquarius Alexandro Benedicto philosopho clarissimo s. p. d.

Gloriae te studere certo inde scio, quod eam non nisi ex publica utilitate anquiris; sic enim fit, ut etiam ab aemulis et inuidis uera laus extorqueatur et approbatio. in anatomice quidem contingit, quod cupiebamus, cum opus sit perquam eruditum et commodum ad secundiora. vetus nanque medicina tuam inde operam aduocat, et in primis, ut e tenebris eruatur, dexteram porrigit Paulus Aegineta ante Galenum celebris, sed parum deinceps notus nisi frequenti ipsius Galeni citatione. ad quam rem si te monuero, ineptus sum, quia ad huius laudis metam sponte curris, cum Aeginetam dicaris in manibus habere, et nisi rogauero, uidebor communi causae defuisse, quoniam, ut quadrigam urgeas, multi cupiunt. te palma manet; festina, obsecro, ac ex ueteri me consuetudine ama. Vale. Mediolani X Nouembris MDVIII.

Über Benedettis Teilnahme am Feldzug von 1495 s. Ep. 21 und über seine Beschreibung desselben Ep. 19.

38. Ist vor 42 geschrieben, wie die Äufserungen über De exp., unter sich verglichen, beweisen, aber unmittelbar vorher, also 19. Juli 1498.

39. Ist oben S. 27 auf 30. Sept. 1496 datiert.

40. Undatierbar. Eine Verbindung mit der Ep. 44 erwähnten Angelegenheit ist nicht wahrscheinlich, wenn auch Vittore Pisano in beiden eine Rolle spielt (aber eine verschiedene).

41. Mufs nach Ludovico Moros Flucht nach Deutschland vor Trivulzi und den Franzosen 2. Sept. 1499 (Rosmini I S. 324 ff.) geschrieben sein, also 16. Januar 1500, sieben Tage vor Vallas Tod.

42. Die pleraque opera quae latina fecimus, die eben gedruckt werden und noch hoc mense fertig sein sollen, können nur die im Sammelband von 1498 vereinigten sein, der allerdings erst „die ultimo Septembris“ erschienen; der Druck hat sich also, ut fit, etwas verzögert. Danach ist der Brief geschrieben 2. Aug. 1498.

43. Undatierbar, der Adressat ein mir unbekanntes Mitglied der berühmten Adelsfamilie Molini.

44. Läfst sich ebenso wenig datieren. Daniel Landi gehört nicht zu den bekannteren Mitgliedern dieser Familie. Die Sache, worum es sich handelt, ist im allgemeinen klar; im einzelnen ist die Sachlage mir nicht durchsichtig.

Als Resultat können wir also folgende chronologische Reihe der 37 von den 44 Briefen aufstellen:

34 Valla an Lippo Brandulino, 1. März 1486.
1 Valla an Jacopo Antiquarj, Sept. 1489 — Aug. 1490.
15 Nicolao Leoniceno an Valla, 19. Juli 1491.
16 Valla an Nic. Leoniceno, 13. Nov. 1491.
26 Guido Antonio Simoneta an Valla, 27. Nov. 1491.
6 Antiquarj an Valla, 11. Dez. 1491.
7 Valla an Antiquarj, 19. Dez. 1491.
8 Antiquarj an Valla, 28. Dez. 1491.
9 Valla an Antiquarj, 13. Jan. 1492.
27 Valla an Simoneta, 17. Jan. 1492.
10 Antiquarj an Valla, 15. Febr. 1492.
11 Valla an Antiquarj, 20. Febr. 1492.
2 Pico di Mirandula an Valla, 8. Mai 1492.
25 Valla an Ibieto Fiesco, 19. Juli 1492.
36 Valla an Antiquarj, 19. Juli 1492.
14 Valla an Antiquarj, 8. Aug. 1492.
12 Antiquarj an Valla, 5. Dez. 1493.
13 Valla an Antiquarj, 13. Jan. 1494.
37 Alessandro Benedetti an Antiquarj, 13. Jan. 1494.
3 Constantin Lascaris an Valla, 15. Juni 1494.
17 Valla an Gian Jacopo Trivulzi, 29. Sept. 1494.
18 Valla an Trivulzi, 30. Okt. 1494.
19 Valla an Benedetto, 10. Aug. 1495.
30 Pietro Barocci an Valla, 21. Okt. 1495?
20 Antiquarj an Valla, 22. Okt. 1495.
31 Valla an Barocci, 24. Okt. 1495?
21 Valla an Antiquarj, 5. Nov. 1495.
39 Valla an Gian Pietro Cademusto, 30. Sept. 1496.
28 Valla an Giusto Giusti, Nov. 1496?
4 Valla an Alberto Pio, 30. Dez. 1496?
32 Valla an Antonio Visconti, 12. Sept. 1497.
33 Valla an Cademusto, 28. Nov. 1497.
29 Valla an Giovanni Maria Ruzinento, 31. Mai 1498.
38 Valla an Ruzinento, 19. Juli 1498.
42 Valla an Ruzinento, 2. Aug. 1498.
24 Valla an Francesco da Ravenna, 14. Okt. 1499?
41 Valla an Trivulzi, 16. Jan. 1500.

1.

[145r] **Georgius Valla Jacobo Antiquario.**

Nudius tertius cum forte fortuna apud Hermolaum Barbarum essem et tuas ad me ei litteras exhiberem, vicissim ipse quoque, quas ad se dederas, mihi legendas promi iussit. In quibus cum dixisses, quidnam foelicissimum esset in historia, quaesitum esse, mirati repente sumus, undenam haec Athenas et ipsas quidem Atticas uerbi irrupisset insolentia; inde alia ex aliis ducentes, quidnam tibi uelles, coniectura sumus consecuti. Sciscitaris porro ab Hermolao, atque ita belle tu quidem aggrederis, ut, etiam si quoquo modo elabi Prothei more uelit,[1]) non permittas — ita ei arctos praetendisti casses —,[2]) quidnam summum sit in philosophia. Puto equidem, ut omnium facillimus est atque benignissimus, neutiquam grauate tibi responsurum, et quoniam humanitate et copia et acumine excellit, ei minime futurum difficile pro comperto habeo — neque tu a negociosissimo et sublimi in Republica magistratu, quem nunc administrat,[3]) ullum ad respondendum sumpturum putato supercilium; summissius [4]) siquidem semper agit, quo altius euehitur — et perinde de perenni illo fonte suo nullo unquam [145v] aestu exarescente suam tibi significaturum sententiam. Interim alienum non putaui, si, quod sentiam ipse, ostendero. At quoniam id mihi nec seritur nec metitur, et quod nulla propemodum cogitatione sese mihi offert, admittas, si placet, si minus, respuas. In quo si non prudentiam, at certe amorem abs te comprobatum iri meum puto. De ipso igitur paucis, quid sentiam optimum esse in historia, primo dicam, deinde, quid in philosophia eminens mihi esse uideatur, utrumque quanta potero breuitate contexens. Quid igitur in historia sit, Antiquari, potentissimum, uno haud quaquam modo mea quidem sententia a quoquam definiri posse uidetur; varios siquidem et diuersos, cum bene contemplor, habet assertores. Veteres siquidem Romanae scriptores historiae satis esse putauerunt non esse mendacem,[5]) quibus historia annales propemodum erant. Quod nimirum custodierunt memoriae publicae retinendae causa Romani ab initio Romanarum rerum usque ad P. Mutium pontificem maximum, ut res omnes annorum singulorum litteris mandaret pontifex maximus; proponebatque tabulam domi, ut potestas esset populo cognoscendi, quod ignorare, quae res gestae antecessissent, nil aliud esse [146r] quam perpetuo puerescere arbitrarentur. Et hi annales maximi nominabantur. Hanc similitudinem scribendi secuti sunt multi, qui nullas in dicendo ueneres consectati satis habuerunt tempora, homines, loca resque gestas ostendere. Et perinde tales apud Graecos Pherecides, Hellanicus, Acesilas aliique permulti, quales apud

---

1) uellit.
2) Hier am Rande: Quid summum in philosophia querit.
3) Hermolaus Barbarus war 1484 Senator geworden; s. Ap. Zeno II S. 369.
4) sumisius, darauf getilgt: nāque.
5) Dies und das folgende aus Cicero de orat. II, 51—53, gröfstenteils wörtlich. Dasselbe De exp. XL, 37.

Romanos Cato et Pictor Fabius et Piso fuisse perhibentur, qui nequidem, quibus rebus ornaretur oratio, tenuerunt; modo enim, quae uellent, exprimerent, et quid dicerent, intelligeretur, unam dicendi esse laudem putauerunt breuitatem. Quod ut Cicero probat, ita etiam hac uirtute Caesaris commentarios esse dicit insignes, quandoquidem „nudi[1]) sunt", inquit[2]) „et aperti recte[3]) et uenusti omni ornatu orationis tamquam ueste detracta." Nam subiungit statim „nihil est enim in historia pura et illustri breuitate dulcius"; hac uirtute Crispus Salustius mirabilis esse censetur historicus. Supra priscos,[4]) quos memorauimus, Romanos, qui secuti sunt, sese aliquantum erexerunt maioremque sonum addiderunt, ut Antipater Crassi familiaris. Graecos uero iam dictos secuti sunt homines facundissimi Herodotus et Thucydides, inditio tamen dissimili. Nam Thucydides grandescere oratione, breui facundia cuncta complecti, [146ᵛ] a uero non abesse optimum in scribenda putat historia; nam id potissimum consectatur. Contra uero Herodotus omnes dicendi lepores aucupatur nec turpe putat historiae fabulas inserere, quo legentium mentibus iucundior accedat et sibi hominum plausus admoueat. Oblectationem ergo summum in scribenda ratus est historia, sicut praecipuum alii se ac suos laudibus efferre censuerunt. Nam, ut Cicero in Bruto[5]) inquit, „ipsae familiae sua quasi ornamenta seruabant et ad usum, si quis eiusdem generis occidisset,[6]) et ad memoriam laudum domesticarum et ad illustrandam nobilitatem suam. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa et ad plebem transitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdem[7]) nominis infunderentur genus." Alii uicissim ita argutum[8]) dicendi genus probarunt in historia, ut etiam ementiri sibi concesserunt,[9]) quo aliquid dicere possint argutius; quemadmodum Clitarchus et Stratocles de Themistocle confinxerunt. Nam quem Thucydides, qui Atheniensis erat et summo loco natus summusque uir et paulo aetate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica elam humatum [147ʳ] addidit fuisse suspitionem ueneno sibi mortem consciuisse, hunc aiunt tauro immolato et eius poto sanguine mortuum concidisse. Cur id? nempe quod mors illa uulgaris nullum ornatum admittebat orationis, mentes non ita percellebat, ut illa, quae tragicorum more gemitus poterat excitare. Non defuerunt, qui praestans in historia eruditum dicendi genus summum putauerunt, ut Timaeus, quippe qui rerum copia et sententiarum uarietate fuit abundantissimus.[10]) Fuerunt etiam, qui longe optimum in historia commonitiones censerent. Nam ita demum Valerius maximus hominum generi, Frontinus uero militaribus dumtaxat uiris historias uarias com-

---

1) mihi. 2) Cic. Brut. 262.
3) Für et aperti recte hat Cicero nur recti.
4) Von hier an wieder aus Cic. de orat. II (54 ff.).
5) Brut. 62. 6) accidisset. 7) Danach getilgt: generis.
8) Dies und das folgende aus Cicero Brut. 42—43 (mit den Fehlern der Hdss.). 9) So! 10) Cicero de orat. II, 58.

plexi sunt, ut nil aliud moliantur, quam ut nos multiplicibus commoneant exemplis. At posteaquam de uariis scribentium satis locuti uidemur iudiciis, ut fere singuli suis utantur, nunc alia uideamus. Primam igitur, inquit Cicero,[1]) quis nescit esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid ueri tacere audeat, ne qua suspitio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis. Haec scilicet fundamenta sunt nota omnibus. Ipsa autem exaedificatio posita est in rebus et uerbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem. In rebus magnis memoriaque dignis con [147ᵛ] silia primum, deinde acta, postea euentus expectantur; et de consiliis significari, quid scriptor probet, et in rebus gestis declarari non solum, quid actum aut dictum sit, sed etiam quo consilio; et cum de euentu dicatur, ut causae explicentur omnes uel casus uel sapientiae uel temeritatis, hominumque ipsorum non solum res gestae, sed etiam qui fama ac nomine excellat, de cuiusque natura atque uita. Verborum autem ratio et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequaliter profluens sine asperitate, sine forensibus aculeis.[2]) Ad poetasque quam oratores Cicero[3]) historicos propius putauit accedere, apud quos narratur ornate, personis apta accommodantur, saepe regio aut pugna significanter describitur, miscentur affectus, non leniores modo, sed etiam acerbiores, interponuntur etiam contiones et hortationes, in quibus metus abstergentur, irae suscitantur, et indignationes consiliis armantur, in quibus tracta et fluens, non tam contorta et acris uibransque[4]) expetitur oratio. Clausulas autem historico conuenire Demetrius Phalerius[5]) putat minime circumductas ambitiosasque neque adeo summissas, sed inter utrumque temperatas, ut maiestatem prae se ferant quandam sententiae. Is quoque in historia potentissimum mihi iudicasse [148ʳ] uidetur, ut non modo non falsa sit, sed ut plane probabilis esse uideatur, uerbis consequi posse, quod tu forte, Antiquari, foelix in historia nominasti. Haec sunt, quae de historia mihi hoc tempore succurrerunt extemporalique oratione tibi significanda esse existimaui. Nunc me ad philosophiam conuerto ipsam. Quid summum in philosophia sit, Antiquari, cum id sane multiplex, non utique statim exponi potest. Prius ergo ipsam in partes ducimus suas distribuendam; inde quid nobis praecipuum in singulis esse uideatur, ostendemus. Philosophiam itaque uniuersam Aristoteles[6]) et eum secuti Plutarchus[7]) in libro,[8]) quem de eis quae placeant philosophis inscripsit, et Ptholomaeus[9]) mathematicus statim in principio operis, cuius index est Magnae constructionis mathematicae, ut uero barbari peregrino atque adeo Mauro usi uerbo inscripserunt, Almagesti, Theon[10]) quoque Alexan-

1) De orat. II, 62 ff.
2) Hier endet erst das Citat aus de orat. II (64).
3) Eine solche Stelle finde ich bei Cicero nicht, eher das Gegenteil (de leg. I, 5); s. dagegen Quintil. X, 1, 31.
4) uibrasque; cfr. Brut. 326. 5) Demetrius περὶ ἑρμην. 19.
6) Z. B. Metaph. E 1. 7) De plac. phil. I prooem. 3. 8) librum.
9) Σύντ. I p. 2. 10) Comm. in Synt. Ptolem. p. 2 ed. Basil.

drinus et Heron[1]) et Proclus[2]) Lycius, in partem inspectiuam, quam theoricen, et actiuam, quam practicen uocant, distribuerunt, ut sit actiua quidem, quam moralem uocant, in suas quidem, inspectiua uero in diuersas diuisa species, in theologiam, inquam, in mathematicam et physicam. Stoici porro ipsi pariter philosophiam in physicam, ethicam et logicam[3]) partiendam [148v] esse putauerunt, Zeno Citieus et Chrysippus in primo, ubi de logica, et in primo physicorum et Apollodorus ephelus in primo isagogicon et Eudromus in ethicis et Diogenes Babylonius et Posidonius, nisi quod Apollodorus has quidem partes uocat locos, Chrysippus autem et Eudromus species, alii uero genera.[4]) Rectiusne Aristotelici an Stoici diuiserint, a nobis alibi et commodiore loco dictum est, ubi, quid nos etiam sentiamus, addere non detrectauimus; id, quoniam hoc tempus non exigit, missum facimus. In ipsa igitur theologia longe optimum deum nosse Hermes putat Trismegistus,[5]) id autem esse frui deo pietate censet. „Unica siquidem est", inquit, „hominis custodia pietas"; pium namque hominem non daemon malus, non fati uis ulla acrior potest offendere; ab omni namque malò ipsum facit immunem deus. Unicum ergo ac solum quod summum bonum est pietas, a qua quidem sententia ne ipse abesse Plato uidetur.[6]) In mathematicis uero summum certissimumque esse mathematici putant definitam sine hypotesi habere scientiam. Id plane foelicissimum obtentu esse uere nominari potest, quando nulla re propius ad Deum accedere posse uidemur quam huiusmodi cognitione. Diuidunt autem mathematici ut breuissime [149r] scientiam in eam, quae hypothesi careat, et quae hypothesi sit obnoxia, et carentem quidem hypothesi cunctarum propemodum rerum bono tenus comprehensibilem; quae supremorum causas omnium exquirit seseque ad finem utpote ad bonum colligit, hypothesi porro obnoxiam sibi uolunt definita constituere principia, a quibus ostendat, quaenam ex principiis scaturiant ipsis, non ad principia, hoc est non sursum uersus, sed ad finem progrediendo, et perinde mathematicam, quippe quae hypotesi utatur, ab ea quae sine hypothesi perfectaque scientia aliquatenus deficere, quod non in mente tota insideat, sed in animi sententia, quam dianoeam uocant Graeci; una siquidem non iniuria scientia est, per quam cuncta, quae sunt, licet cognoscere, et a qua cuncta emanant principia, aliis quidem propius, aliis uero remotius assistentia,[7]) quemadmodum mens habet. Haec forte multo pluribus forent explicanda, sed ad id, quod quaeris, satis; quaeris enim, quid summum, nec quicquam aliud. A mathematica igitur iam te ad phy-

---

1) Vielleicht *Βελοποι.* p. 71 ff. ed. Wescher.
2) Eine genau entsprechende Stelle finde ich nicht.
3) Plut. de plac. phil. I prooem. 2.
4) Diogenes Laërt. VII, 39. ephelus ist falsche Lesart einiger Hdss.
5) Poemander cap. 10 (*κλείς*); doch ist das Citat nicht wörtlich, sondern eher ein Résumé des Gedankenganges im ganzen.
6) uidet.
7) Zum Teil wörtlich aus Proclus in Eucl. S. 31, vgl. S. 11.

sicam uoco, quae cum mathematices certitudinem non habeat, dubiosaque uisa est, multiplici uariaque philosophorum tractata sententia est. Physica igitur quoniam corpus mobile, ut mobile est, considerare creditur, — nam cum de animae motibus loquimur, ut sese in corpore ostendit, dicimus, cum uero a corpore abest, [149v] a physica remota est coniectatione — et quoniam, ut diximus, tota, inquam, physici cognitio circa corpus mobile uersatur, in physica rerum omnium motor primus erit potentissimum; qui, ut alii, natura, ut alii, deus ist; alii melius deum effectorem rerum omnium, naturam instrumentum esse uoluerunt, alii, ut Epicurei, casu et fortuna metiuntur [1]) omnia. Epicurum sequitur non Lucretius modo, uerum etiam Plinius.[2]) At, ut paucis multa comprehendam, Thales [3]) Milesius rerum omnium principium aquam definiuit ratus ex ea fieri cuncta et rursum in eam dissolui, Anaximander quoque Milesius omnium, quae sunt, principium esse apiron, id est infinitum; ex eo namque gigni omnia et in id pariter desinere; Anaximenes pariter Milesius rerum omnium principium homoeomerian,[4]) hoc est rerum similium concretionem, ratus siquidem alienum esse res tam diuersas fieri posse, nisi a similibus, ut os ab osse potius, neruus a neruo et id genus alia, similiter fiant. Archelaus autem Apollodori filius Atheniensis aerem infinitum putauit, unde omnia et in quem omnia per densum et rarum. Haec tota Jonica fuit philosophia, quae a Thalete certe duxit originem. Ab alia porro factione Pythagoras Mnesarchi filius Samius, qui primus philosophiae nomen indidit, cum antea sophia, id est sapientia, uocitaretur, [150r] quod sane nomen post Pithagoram multi tam Graeci quam Latini frequenter usurparunt, rerum omnium principium numeros uideri [5]) uoluit. Quin et deum ipsum et mentem nostram ad numerorum etiam retulit proportiones, ut Timaeus apud Platonem docet.[6]) Et quoniam intra denarium caeteri numeri concluduntur, unde et nomen habere a quibusdam dicatur, quod dein uincire significet; hinc deca et nostrum decem; et quoniam in quaternario denarius includitur, summum ius iurandum sunt per quaternarium iurantes arbitrati, quemadmodum tam Plutarchus [7]) quam Hierocles [8]) memoriae prodiderunt. Heraclitus autem et Hipparchus [9]) Metapontinus rerum omnium principium ignem esse tradiderunt; eo namque densescente terram fieri, qua ratione fit sulfur rarescere et fieri aquam.[10]) Nam et metalla in aquam uidemus colliquescere, argentum, aurum, aes, et reliqua, inde in aerem. Epicurus

1) metiutur.
2) Vielleicht ist hist. nat. II, 7 gemeint.
3) Die ganze folgende Übersicht stammt aus Plut. de plac. phil. I, 3.
4) Also durch flüchtige Excerpierung mit Anaxagoras zusammengeworfen.
5) Getilgt: uolunt.
6) Einschub von Valla; es ist Timaeus Locrus gemeint.
7) De plac. phil. I, 3 p. 282 Diels.
8) In Carm. aur. p. 464 Mullach.
9) D. h. Hippasos.
10) Welches Mifsverständnis von Plutarch p. 284 hier vorliegt, ist mir nicht klar.

Neoclis filius Atheniensis cum Democrito Abderite rerum omnium principia atomos dixerunt, corpora insecta, numquam genita, aeterna, in quae omnia dissoluantur, et unde omnia fiant; cum passim omnes philosophi putent, ortum nihil interire et de nihilo nihil fieri. Empedocles Metonis filius Agrigentinus omnium rerum principia quattuor fecit elementa. Socrates Sophronisci filius [150ᵛ] Atheniensis et Plato Aristonis filius pariter Atheniensis tria fecere principia, materiam, ideam et deum mundi mentem. Aristoteles Nicomachi[1]) filius Stagirites rerum principia ipse quoque tria uoluit, entelechiam seu formam, materiam et priuationem, quam aliquando dynamin, id est uim,[2]) appellat; elementa autem quinque esse, quattuor quidem illa notissima, et quintum aethera. Zenon Mnasei filius Cittieus principia duo fecit, deum et materiam, quorum deus faciendi, materia patiendi causa sit. Apollinarius[3]) autem ex abysso omnia creasse Deum putauit; ut idem propemodum dicere uideatur, quod Hesiodus, qui ex chao omnia orta facit.[4]) Conueniunt certe omnes in eo, ut quattuor sint elementa, quod si minus uerbis, re tamen fateri coguntur; haec ipsa principia sint necne, quaerunt;[5]) ac cum id indagare uelint, quod sub sensum non cadat, non mirum, si in tam diuersas dilapsi fuere sententias. Adeo multa hic promi possent, ut certe finis uideatur nullus inveniri posse. Sed haec tibi satis puto aliis occupato negotiis et ingenii acumine multa per tete inuenienti. Verum enim uero, quoniam Stoicorum sententia artem disserendi philosophiae partem esse diximus, quid in ea quoque summum sit, breuiter percurramus. Summum [151ʳ] nempe in ea apud clarissimos fere receptum est authores, quod longe certissimis eminentia quaeque comprobat rationibus. Id uero fit non uno certe modo; nam cum iugiter disciplinis omnibus inhaereat nusquamque labantem complectatur materiam, suggerit ea nobis, quibus constent, quae iudicentur, aliaque inuenit resoluendo, alia componendo, alia explicat diuidendo, alia diffiniendo, ambigua aliqua demonstratione reuincit, immobile custodit purumque et expers materiae ad mentis simplicitatem refert; generum et formarum, quae illis subsunt generibus, discretiones ostendit, compositiones, quae de principiis deducuntur, producit ad ea, quae principia consequuntur; resolutiones quoque, quae ad prima atque principia tendunt atque insurgunt, docet. Caput huius igitur est ambigua non probabiliter, sed euidentissime certa facere, ut per mathematicas fieri solet disciplinas. Restat iam denique moralis philosophia, in qua summum esse foelicitas facile conceditur, in quibus autem ipsa foelicitas, magna controuersia est. Ut enim apostolus[6]) dicere uidetur,[7]) caritas; ordiri namque a nostris

1) Korrigiert aus Nimachi.

2) Zusatz von Valla; er denkt an den Gegensatz zwischen *δυνάμει* und *ἐνεργείᾳ* oder *ἐντελεχείᾳ*.

3) Hier hört das Plutarchexcerpt auf. Von Apollinarius weiſs ich nichts zu sagen; es ist wohl der bekannte Ketzer gemeint.

4) Theogon. 116.

5) Vgl. Plutarch de plac. phil. I, 2.

6) Paulus ep. ad Corinth. I, 13.

7) [b] uidetur dicere [a].

quis prohibetur? Ambrosius uero in epistolam[1]) Pauli ad Romanos[2]) foelicitatem humanam tribus in rebus putauit consistere, prima, ut deus cognoscatur, secunda, ut cognitus honoretur, tertia, [151v] ut, quae ipsi nouerimus, alios doceamus, ne frustetur agnitio. Ex philosophis autem Epicurus uoluptatem admiratus summum bonum dixit, ut summum malum dolorem. Sunt, qui putent eam[3]) animi uoluptatem, non corporis, dixisse, quod minime uerum esse Cicero[4]) docet, et ipsa quoque ratio dictat. Nam si[5]) animam uoluit interire, quod ipsam corpus esse putet, cum stolidissima eius sententia cunctae corpus esse ferantur substantiae. At ne alii quidem cultiores philosophi id impune dicere porcum ipsum appellantes permiserunt. Nec profecto ab Epicuro multum absunt alii, qui honorem et qui inanem hanc gloriam et qui quomodocumque accumulatas[6]) opes foelicitatem putauerunt. Quorum sententias Aristoteles facile conuincit. Putat ergo Aristoteles[7]) foelicitatem in animi bonis, corporis et externis esse collocatam, imprimis uero in actione, quae ad uirtutem tendat, ab animi profecta. Zeno autem in eo libro, quem de hominis natura scripsit: „finis", inquit, „humanae uitae est uiuere modo consentaneo naturae, quod est cum uirtute uiuere; ad ipsam siquidem nos, inquit, natura ducit." Idem Cleanthes, ubi de uoluptate scripsit animi, et Posidonius et Hecaton, ubi de finibus disputauere.[8]) Idem quoque sensit Iuuenalis dicens[9]): Numquam aliud natura, aliud sapientia dicit. Scio hinc magnum quaestionum pelagus oboriri posse; [152r] sed non id nunc agimus, ut illa quaeramus. Apollophanes[10]) autem summum in hac parte philosophiae prudentiam putat, sicut in capiendis omnibus disciplinis sapientiam; cui fere satyricus[11]) astipulatur inquiens: Nullum numen abest, si sit prudentia. Et ne quidem ipse quoque Aristoteles uisus est diffiteri, cum ait[12]) uideri quidem sapientiam, ut pater familias est, prudentiam, ut atriensis. Nulla siquidem probari uirtus nisi duce prudentia potest, et delictum omne stulticia fieri creditur.

Haec habui, Antiquari, sciscitator[13]) argutissime, quae ad quaestiones tuas extemporali et subitaria oratione dicenda esse existimaui; tibi autem, quod potissimum probes, permitto iudicandum. Tu, quam cito haec ad te dederim, nosti; ego certe scio me, cum haec scribere coepi, non prius calamum deposuisse, quam ultimae modo syllabae totius huius scriptionis finem dederim. Non ostento aut doctrinam aut ingenium, cum ab utroque longe absim, sed quo apud te excusatior abeam, siquid modo

1) epistola.
2) Ambrosii opp. (Paris 1690) II append. S. 85: prima ergo haec iustitia est agnoscere Creatorem, deinde custodire, quae praecepit.
3) So, nicht eum. 4) De finib. II, 98 ff.
5) Sollte fehlen, oder es fehlt nachher der Nachsatz; vielleicht is.
6) accumulares.
7) Eth. Nicom. I, 11; I, 6.
8) Diogenes Laërt. VII, 87. 9) XIV, 321. 10) Diog. VII, 92.
11) Juvenal XIV, 315, wo jetzt habes für abest gelesen wird.
12) Magna moral. I, 34, 30 ff.
13) Getilgt: optime.

incuriosius scriptum uideatur; ac ne maiore cura scribam, infinitae prohibent occupationes, ut uix recreando corpori possim suppetere, dum aut compono magis ardua aut interrogantibus respondeo, sed dum aliis operam meam impendo, uix etiam meis otiolum aliquando rebus superest. Bene uale!

2.

[152v] **Johannes Piccus**[1]) **Georgio Vallae S. P. D.**

Si quid unquam mea causa facturus es, mi Georgi, dedas harum latori hos ad me libros: Musicam Augustini, Orum[2]) siue Aegyptiorum sacras sculpturas — idem enim glosemata in Platonem, quae imprimis desidero —, Themistium in Analiticorum posteriorum, Callimachi hymnos,[3]) Cassii problemata et sphaeram Ptholomei.[4]) Fac, te experiar in hac re et amicum et liberalem hominem; experieris profecto me et gratum et in referenda gratia liberalissimum. Haud longe a te peregrinantur redituri, cum primum tibi libuerit. Mittam ego ad te, si id optaris, et Graecae et Latinae bibliothecae meae absolutum indicem. Mittam ipsam, si petieris, deinde uniuersam bibliothecam. Habemus et praeter supellectilem librariam, quae tibi et usui et commodo quandoque esse possint; quae omnia erunt in aere tuo. Quid plura? faenerabit, mihi crede, istud tibi abunde benefitium, quod abs te iterum, quanto maximo possum opere, et summis precibus contendo. Uale! VIII maii pp.

3.

[153r] **Constantinus Lascaris Georgio Vallae S. D. P.**

Epistola tua utraque adeo me oblectauit, ut crederem te uidere ac alloqui, et quanto tardiores fuere, tanto uenustiores et suauiores, commoueruntque[5]) animum meum iterum ad pristinum redire, id est Italiam petere, quam ob auariciam tyrannorum et nefanda scelera deserui elegique saxa habitare cum feris et serpentibus, ut saltem sanus

---

1) Piccus.

2) Horapollo Hieroglyphica; es scheint von einer Hds. die Rede zu sein, worin auch Platonscholien oder ähnliches enthalten sind. Man könnte an eine solche denken wie Laur. 81, 20 s. XV, der nach Bandini III S. 234 aufser der Ethik des Aristoteles und dem Horapollo auch die Platonischen Definitionen enthält („cum emblemate in fronte Philelphianae domus").

3) Cod. Mutin. III E, 11 (Allen S. 17 nr. 164).

4) Cod. Mutin. II F, 9 enthält u. a. die Syntaxis des Ptolemäus, geschrieben von Valla 1488 (Allen l. c. nr. 174).

5) Darauf getilgt: me.

degam. Messanam accessi, ut nauim inueniam petamque Graeciam. Fortuna mala tenuit, ut Ulyssem Circes et Calipso, conductusque fui uere inuitus; stipendium[1]) habui honestum uita durante a monasteriis Graecis.[2]) Anni sunt circa decem et octo, in quibus uitam dego cum feris Siculis, cum daemonibus Aethnae et Vulcani. Abbates et monachi, quamuis soluant, abhorrent litteras. Ciues Siculi uitiis imbuti utramque doctrinam negligunt. Latinos quosdam habui ex diuersis prouintiis, inter quos ex discipulis tuis Petrum Bembum et Angelum Michaelem[3]) patricios Venetos utraque lingua insignes, et nonnullos mixobarbaros Calabros, quibus multa legi eruditosque feci uictumque et uestitum [153v] honestum pro quattuor semper lucratus sum, liber ac sanus, cum ciuitas temperata sit et commoda complexioni meae, sine libris tamen et discipulis multis ac doctis. Saepe numero statui petere Romam; ob crudelitatem hominum et inopiam discipulorum et uariis bellis et peste et miseriis Italiae impeditus sum, praesensque bellum me tenuit. Nam cupiebam urbem uidere librosque graecos, inde ad uos uenire pro uidendis amicis et libris tuis graecis. Si potero, primum ad uos ueniam; nam habeo lisentiam pro uno anno, et in loco meo unum discipulum doctum dimittam, salariumque meum non defitiet. Oro tamen te, ut recte admoneas ac consulas, si qui sunt auidi litterarum nostrarum, si habebo modum imprimendi Iliada Homeri et alia. Nam praeposui renouare nomen caeci fontis omnium poetarum, si quid lucri erit; et quamuis locus sit frigidus et humidus, experiar tamen, si potero sanus uiuere. Tuum ergo est admonere honesto modo, ut multi nesciant. Alia loca Italiae non aestimo neque iterum cupio errare in locis frigidissimis; hic non deficit in uita, quamuis periculosus est a Turcis, Rhodique habeo bonam conditionem. Deus tamen prouidebit. Ego magni facio loca temperata cum paruo lucro ob sanitatem; nam *ὑγιαίνειν ἀνδρὶ ἄριστον*[4]) et maxime seni ac aegroto. Et bene ualeas et cito consule. Commendabis me magnifico et doctissimo Dño Hermolao Barbaro, quem [154r] magni fatio et laudo in circulis hominum ut[5]) *ἄνθος καὶ κόσμον τῆς πατρίδος. ἔρρωσο καὶ γράφε.*[6]) Messanae die XV Mensis Junii. Commendabis me omnibus uiris doctis et

1) Korrigiert aus salariumque.

2) 12. Dez. 1467 wurde Lascaris in Messina angestellt mit einem Gehalt von 80 scutati „quae solvere tenerentur monasteria graeca Siciliæ“; Legrand, Bibl. Hell. I S. LXXIX.

3) Über Bembo vgl. die Einleitung. Angelus Michael ist Michele Angelo Gabrieli, s. die Dedikation des Aldus Manutius an ihn vor der Ausgabe der Grammatik des Lascaris bei Legrand I S. LXXXIV, worin er von pietas tua in Constantinum Lascarem Byzantinum præceptorem tuum spricht. Gabrieli war mit Bembo bei ihm in Messina, und die beiden brachten von da ein von Lascaris korrigiertes Exemplar der Grammatik mit, das dem Aldus bei der Ausgabe von 1495 diente, s. Legrand I S. 28. Er war Mitglied der Akademie des Aldus, s. Didot, Alde Manuce S. 149. Briefe an ihn in Bembi Epist. (Argent. 1611) S. 411 ff.

4) Scolion 8 Bergk.

5) Danach getilgt: *ἄνθς*. 6) *γρυφε*.

Dño Benedicto[1]) et omnibus discipulis tuis. Admonebis, si ille Alfonsus Hispanus[2]) aliquo in loco Italiae est; nam ipse dixit mihi se Genuam habitasse cum honore; etiam si habetis *γραφέα Ἕλληνα.*[3])

4.

Georgius Valla Ill. Alberto Pio de Sabaudia Carpensi S. D. Æ.

Proximis diebus tuae disclusae ac minus fideliter, quam par erat, redditae sunt litterae; hoc ideo in fronte commonui epistolae, ut noris tam seriuscule quam minus fideliter ad me perlatas, quo in posterum, si acciderit, ut ad me quicquam scribatur, cautius agatur. Ac de litteris hactenus. Mecum audacter, uir clarissime, quae uis, potes agere, meique erit muneris, ubicumque possim, tuae parere uoluntati. Gorgianas, quas tu poscis, orationes non modo sunt mihi nullae, sed ne quidem ulla in bibliotheca[4]) esse audiui. Uale,[5]) sitque tecum perpetuo Deus. Datum Venetiis tertio Cal. Januarias.

5.

[154v] **Georgius Valla conseruatoribus ac consilio Cesenatum.**

Magnifici uiri, saluete! Plusculis diebus responsum uestrum ad meas litteras expectaui, quod uestrae parere cupiditati plurimum affectarem. Seriusculae peruenerunt; ac postquam ad sex menses de more huius urbis accepi stipendium, mihi sunt redditae, ut prius, quam hos[6]) menses absoluero, quoquam mihi ire non liceat, iusque est, ut pro accepto stipendio seruiam. Hoc tempus cum absoluero, tum me uobis destinauero. Quamquam haec res non parum multam[7]) mihi obiiciat animi ambiguitatem, quod uideam, omitto existimationem, quae uulgo uidetur diminuta, quam tum ipse, si non in praesentia, in posterum cerno posse resarciri, sed laborem, non lucrum, auctum iri uideo. Utcumque alio actus consilio uela mentis dabimus, quos diuino auxilio fore secundos speramus. Denique non est, quod Angelum[8]) nescio quem mihi subiiciatis, siquidem nullius stipendio laudem ullam narratur promeritus neque posteris de se reliquit, ut opinor, unde aliquando uixisse uideretur. Non huius ergo neque alius, sed uestra probitate commoueor, studio ad capescendas disciplinas liberali[9]) gratuitaque mente impellor uobis subseruire.

---

1) Der Veroneser Arzt Alessandro Benedetto, s. Ep. 12, 19, 37.
2) Vielleicht der uneheliche Sohn des Königs Alfonso II. von Neapel, der „Don Alfonzo", von dessen Heiratsplänen Sanuto I S. 1019 spricht (Juli 1498).
3) *γραφεά ἔλληνα.* 4) Korrigiert aus bibliotecha.
5) Ualle. 6) Korrigiert aus hoc. 7) multa.
8) Auch mir unbekannt; offenbar ein unbedeutender Gelehrter, der in Cesena Privatunterricht vor kurzem erteilt hatte. 9) Hier getilgt: que.

6.
[155r] Jacobus Antiquarius Georgio Vallae S. P. D.

Ego tecum sum, tu mecum itidem, sed alteruter silentio utrique et uterque alterutri. Nostrum tamen neuter a se discedit, et alter in altero non esse non arguitur. Quae, inquies, ista siue philosophia siue ratiocinatio? Utique bona, sed si non offitiosa, ad offitium tamen parata censenda est. Amo te, amari quoque abs te itidem scio ara tenus, et ultra mortalium aras, quoniam neque persecutio neque tribulatio neque gladius separat nos. Videri tamen possumus eo disiuncti, quoniam, quid agas, in diem non accipio nec, quid mihi rei sit, frequenter significo. Coëunt tamen consilia nostra neque inconcinitatem aliquam sentiunt. Quodsi aut parum prospere aut parum fortunate succedit, tamen ex naturae similitudine et quodam symbolo id agimus, ut nec homo nec conscientia nostra ex praescripto nos accusare possit. Equidem nuper conuerti me ad ea, quae plerique mortales manifestissima putant et percepta fortasse facilia studia, sed ratione certe suboscura, in quibus mathematici glorias suas extendunt. Immoror tamen et impensius musices armoniis immineo, quarum non tantum melle, uerum etiam ratione delector. Scripsisti, ut iam diu ex te accipio, de omnibus disciplinis libros multos, [155v] quos ab optimis fontibus profectos esse non dubito. Si amas me, si Antiquarium cupis Uallam uideri et Uallam in Antiquario suo apparere, resarcies negligentiam meam offitio tuo, et[1]) uendicabis in amicitia partes, quae tua in omnes semper fuit consuetudo, si quicquid in tua uolumina de musica contulisti, aut breui compendio aut iisdem uerbis, quibus praecepta collegisti, ad me tua liberalitate miseris; quod ut facias, per eam similitudinem,[2]) quae in animis nostris est congenita, rogo et obsecro. Uale! Mediolani[3]) XI Decembris 1491.

7.
Georgius Valla Jacobo Antiquario S. D. Æ.

Quandocunque meas ad te litteras eiusmodi fore existimaui, ut molestiam tibi nullam essent exhibiturae et ne quidem ulla in parte tua interpellaturae negotia, non otiosas et quasi oscitantes, tum demum ad te censui perscribendas; alioqui putaui commodius mihi tibique silentium, ne te occupatum magis occuparem, praesertim cum haud an potuerim nisi molestas dare; ab affluente siquidem molestiis pectore quidnam, quaeso, nisi molestum potest effluere? Tametsi tandem aliquando lenior in dies magis mihi fortuna occurrit. Caeterum subleuor recreorque ita studiis, ut ea fere sola mihi faciant tot sese arie-

---

1) ut. 2) ea similitudine. 3) Mli, wie öfters.

[156r] tantibus malis medicinam; nec non eo usque iam obdurui, ut bona ista fortunae, quae suspiciunt alii, quae[1]) in coelum tollunt, prorsus coeperim contemnere meque, quantum queam, immortalitati, id est animi bonis, accingere illisque perpetuo inhaerere; quod cum te quoque moliri ex tuis litteris accepi, et mihi gaudeo et tibi congratulor, idque ut prosequi longius perseueres, te etiam atque etiam hortor; ita namque ingenium, quod tibi minime hirtum, sed peracutum, diuinitus concessum est, confouebis alesque doctrina. At qua? Nempe quae certitudine omnes alias facile antecedit. An quicquam mathematicis certius immobiliusque potest cogitari? Quare cum harmonicis modulis percipiendis meam tibi deposcas operam, quantamcumque potuero, libentissime praestabo, quatenus mathematicam respicis; nam quae in actione posita sunt, utpote peruulgata quiuis de grege tibi facile suggesserit. Proinde scito me iam[2]) mathematicas omnes coniectaneis[3]) meis in uolumina transtulisse et decem ac nouem libris absoluisse, quam perspicue quamque breuiter tanta res a me tradi potuit, et perinde harmonicem ipsam quinque libris confecisse, eo tamen modo, ut pluribus ad eam sit iter. Nam in arithmetica, quam primam feci, multa prius iacienda sunt fundamenta; ex geometria[4]) etiam nonnulla atque adeo ex astrologia perdiscenda, [156v] ita sane, ut compendiosius utiliusque colligere mihi non posse uidear neque disiungere cuncta tradere cupienti, quae de musica dici posse uideantur. Caeterum ita quasi[5]) glutino quodam nexe inter se sunt mathematicae, ut disiungi non possint. Has autem efflagitantibus multis nos ob operis magnitudinem fortasse primum solas edemus; ita tum tuo integre uoto potiere. Tantisper uero, ne tuo desim desiderio, subiiciam capita eorum, quae in ipsis musices uoluminibus disserui, et perinde tuum erit me, quid uelis, commonere; ita ne ego quidem interim a meo deducar scribendi instituto. Orsi namque iam physiologiam sumus, quam prosequemur, quatenus temporis permiserit angustia. Si quid aliud me uis, mone, et uale! Venetiis 4° Cal. Januarias.

8.

Jacobus Antiquarius Georgio Vallae S. P. D.

Ego tibi bonam semper fortunam optaui atque moleste fero praestare non posse, quod uirtuti tuae maximae debetur; sed quae sit bona[6]) fortuna, ut meo more fatear, nondum intellexi, quoniam, quod nusquam gentium constat neque idem unquam reperitur, tam prope est, ut non esse credatur, quam quod, quale sit, nemo satis nouit. Una datur animi

1) qui. 2) tam. 3) Vielleicht eher collectaneis.
4) Darauf getilgt: quoque. 5) Übergeschrieben.
6) Korrigiert aus maxima.

nostri possessio, in qua ueluti boni agricolae, si quid frugi satum aut insitum habebimus, id totum in nostra dicitur potestate consistere. Quicquid autem extra eius limites [157r] est, tam nostrum dici potest quam alienum, quoniam caetera incerta[1]) et occulta nimis dominantur. Itaque, homo ad philosophiam natus, id tantum[2]) specta, quod tuum est, id quoque tuum recognosce, quod est optimum et maximum, neque de iuditio cum uulgo contendas, ut bonum existimes, quod tam bonum esse possit quam malum, non tam nostro arbitrio conuertibile quam alieno, ut diuitiae, ut potentia, ut honor et id genus caetera. Contingunt omnia ista improbis quoque hominibus, a quibus boni perperam exercentur. Virtus tantum[2]) in uestigio manet neque tempestatibus concussa diuellitur, quoniam deus fundauit illam in aeternum. Nam inter summum bonum et uirtutem nihil internoscitur, nisi uelis[3]) punctum diuidere aut circumferentiam separare a centro. Homo, inquam, natus est in ea, et ipse fundauit eam altissimus, sicut theosophi et sacra testantur eloquia, a quibus neque nobis discedere fas est neque sapienti cuiquam de deo recte sentienti. Nihil intulimus in hunc mundum, in quo bona tamen multa inuenimus, a quibus admonemur in unum finem cuncta respicere, a quo principium contraxerunt. Sed tu quae bona in te numeras, si mathematicis in tuis libris fontes deriuas, neque in monade neque in triade neque demum in decade comprehendes, non in puncto, non in linea, non in figura aliqua, non in corpore mobili, non in motu, non in his quae insequuntur, sed in quadam ueluti symphonia cuncta manifestius demonstrabis, quasi ad [157v] conditoris gloriam contendant uniuersa, a quo quicumque dissonat, citra diapason est et nulla continetur harmonia. Recte ergo facis, si contemnis fortunam et ea prorsus despicis, quae suspicit et admiratur uulgus, animi tui bonis[4]) contentus, quae ingentia sunt, dum hanc mortalem uitam ad id, quod saempiternum est, conuertis et id inquiris, quod auferri nulla unquam iniuria et casu queat. Cupio idem facere; propterea poposci a te, quae ad musicen pertinent, non quod in sono tantum alioquin tamquam asinus delecter, sed in ratione, unde utor anagoge et in altiora gradum, quoad licet, comparo; quamquam lumen nostrum tenebre sunt, et gratis uidemus praecedentem lucem. Verum ne amaniensem tuum defatigem, peto, ut ex libro quarto mathematicorum tuorum caput sextum de harmonici canonis sectione[5]) ac insequentis libri capita primum, quartum et sextum[6]), videlicet de structura et ordine instrumenti, de octo modulandi generibus et mixtione inuicem modulandi, exscribi facias, in quibus tempus absumam, quoad opus integrum apparebit. Vale! Mediolani XXVIII Dec. 1491.

---

1) Hier getilgt: incerta. 2) tamen (?). 3) uellis.
4) Übergeschrieben.
5) De exp. VIII (et musicae IIII) cap. 6: de harmonici canonis sectione.
6) De exp. IX, 1: de ordine structuraque instrumenti ad octo iam dictos tonos, 4: de octo modulandi generibus, 6: de ad se inuicem mixtione modulandi generum.

9.

Georgius Valla Jacobo Antiquario S. D. Æternam.

Quod tu mihi bonam semper optaueris fortunam, habeo gratiam tibi singularem; defuisse uero eam ipsam, quominus id potueris efficere, non mirandum; plura enim [158 r] eueniunt mortalibus, quae non sperent, quam quae sperent. Oblectatus porro sum tua exhortatione consolationeque e media deprompta philosophia et sauissimorum filosoforum e mediis educta praecordiis, nec minus tuum erga me retexisti amorem. In qua sane oratione uestigiis mihi nonnullis te sapientiae incumbere aperuisti, professus es, prae te tulisti, quod me magnopere recreauit, cum amicissimi et cuius prudentiam semper obseruauerim salubre perspexerim consilium. Verum ne te diutius, quam aut tuae aut meae aut pariter utriusque occupationes poscant, teneam, mitto, quae in musica postulasti disciplina. Si quid est aliud, quod me uelis, moneto; quicquid enim nostra tibi praestari opella potuerit, id subire non[1]) detrectabimus. Vale! Venetiis Idibus Januariis.

10.

Jacobus Antiquarius Georgio Vallae S. P. D.

Quae nuper a te poposceram, de tua musica ualde liberaliter exscripta misisti; ea etsi acceptu fuerint gratissima, cognitu tamen uisa sunt suboscura. In causa esse potest disciplinae progressio; ego uero ingenium meum probe accuso; nam longe maiora, quam quae ab homine imbecillo capi queant, ingressus uideor ad ergasticam, qui[2]) alioquin aliena manu, quotiens a publicis negociis uaco, domi apprime delector. Ineptum me esse cerno; sed quae [158 v] pars ad excellentiora uergit, fatigat me multum, quoniam, quibus numeris et proportionibus cum caelesti harmonia aut animis et moribus nostris conferatur, dum scrutari caeperim, me in ipsius, ut ita dixerim, deae uestibulo destitui sentio. Quare non sum ueritus te quoque huic studio ducem quaerere, ut, quod longis lucubrationibus undecumque corrasisti, mihi adiumento foret. Exhibuisti omnia tu nimis humaniter, quae petieram, sed expectandum esse censeo, quoad integrum opus edideris, ne in re praecisa et mutilata falso mihi oblandiar. Uale! Mediolani XV febr. 1 cccc Lxxxxij.

---

1) Übergeschrieben. 2) quae.

11.

Georgius Valla Jacobo Antiquario S. D. Æternam.

Quae superioribus diebus ad te nostris de musicis emisimus,[1]) gaudeo tibi grata extitisse. Occupationibus autem meis effectum est, ut legere ea non potuerim, quoniam cibi quietisque per somnum capiendae uix otium datur; quare si litterae syllabaeue ulla temenda offenderit, imputato temporis[2]) angustiis. Quod autem ais mente altius sublata caelestem quoque et mentis nostrae uelle contemplari harmoniam et a me promi aliquid cupere, mecum, quo pacto id fieri possit, multum mente uolutaui, nec satis certum in hac parte succurrit consilium. Paulo obscuriora uisa sunt, quae ad te dedimus ex solo musices deprompta sinu, quoniam neque, quid antecesserit, neque quid subsequatur, [159r] satis potes coniectare, neque ego paucis, ut innotescat, possum aperire. Quae uero de animis nostris[3]) quaeque de celestibus corporibus scire anquiris, quomodo possim succurrere, non invenio, quandoquidem, quae in musicis tradidimus breuissime, deprehendi a nemine possunt, nisi qui nostra perlegerit geometrica, astronomica pariter et physica; ita enim omnia contexuimus, ut nexu quodam nulla facta immutatione ita reuincta sint, ut dissolui nullo modo queant. Ne idem sepius mihi esset repetendum, effeci, ut omnes sibi inuicem succurrerent scientiae mutuoque complexu continerent. Et perinde si quid uspiam breuiusculae utpote in alieno loco traditum est, id suo huberius fuit explicatum, quod tibi ex toto opere, cum a nobis exierit, licebit intueri. Quare de hac ipsa materia ne nouum uolumen scribam, occupationes prohibent, quibus immersus sum. Consilii certe mei absens non possum, praesertim epistola, aperire rationes. Difficile etiam mihi est, quae tibi aperta quaeque obscura sint, cognoscere. Voluntati tuae a me satisfactum iri uelim, quoniam tui sum studiosus; id tua uirtus promeretur, id tua erga me beniuolentia. Quam ob rem, si quid est, quod possim praestare tibi placiturum, commoneto; id ego pro uiribus moliar efficere. Vale! X Cal. Martias.

12.

[159v] Jacobus Antiquarius Georgio Vallae S. P. D.

Inter hos Augustae nostrae[4]) celebres dies addidisti tu quoque uoluptatem mihi, quoniam libellos Alexandri Benedicti Ueronensis nuper

1) emissimus. 2) tempori. 3) uestris.

4) Isabella von Aragonien, 2. Febr. 1489 vermählt mit Herzog Gian Galeazzo, oder, bei ihren beschränkten Verhältnissen (Rosmini I S. 197), vielleicht eher Ludovico Moros Gemahlin Beatrice d'Este (Geburtstag 2. Januar, Sanuto II S. 310).

editos[1]) misisti. Cerno aetatem hanc[2]) ingeniis conflorescere et cum priscis palam de gloria serere manum. Profecto Ueronensis noster usurpatis Graecis totus summa elegantia in Cornelium Celsum abire uidetur; sed hic aliquanto utilior estimari potest, quod rudi et ueteri medicinae multa deinceps sunt addita experimentorum nouitate ad subuariantes quottidie morbos. Hoc tuo tamen liberalissimo instituto animus meus non tam delectatus est dimidiato opusculo, quam est ad appetendum reliquum concitatus. Quarto enim et quinto libro eos, qui praecedunt, iterato munere abs te adiici cupio, ut Alexandrum minime mancum habeamus. At nec sic quidem facies satis. Vide igitur, quam improbe sim auidus: expecto de tuis uigiliis editionem aliquam, unde quasi foetura domestica gloriemur. Subuereri amor me cogit, ne, dum ad immensitatem uoluminis tuum animum intendis, id agas, quod sero actum credatur. Archimedem tuum in memoriam tibi redigo, ne in uinculis teneatur nimis diu. Uale! Mediolani quinto Dec. MCCCCLxxxxiij.

13.

[160r] Georgius Valla Jacobo Antiquario.

Alexander[3]) Ueronensis tam re quam nomine benedictus suis ad te litteris[4]) tuo, ut arbitror, de edendis, quae in medicina composuit, uoluminibus, quae sane propediem est concrediturus impressoribus, respondebit desiderio. Ex incude enim atque officina litteraria exierunt, scriptura conuestiuntur, ne ignarorum errore imprimentium syllabarum aut uocum aliqua inquinentur labecula; quamquam id an ab his hodie impressoribus possit obtineri, haud certo scio; ita uitiari passim solent omnia. Legimus igitur Alexandri nostri anatomicen[5]) tuo dignissimam iuditio, proprietate ornatam, uarietate distinctam, nouitate refertam, uerborum lepore insignem, dignissimam, quae in situ latebrisque non diutius delitescat, at per ora hominum iam uolitet. Opus uero et totius medicinae corpus[5]) editionis tempus, quod iusseris, ut mihi uideor intueri, expectabit, ut auspitio tuo prodeat in lucem. Qualem uero fauorem sit promeriturum, et edita iam uolumina et proximus ad Maximilianum imperatorem de anatomice foetus dabunt augurium. Nunc ad me redeo; quoniam de nostris significas lucubraciunculis te aliquid expectare, amanter, ut predicas, non improbe, ut reris, tu quidem facis, cui plurimum debeo neque debere desinam, quoad uixero, [160v] cum propter liberalia studia, quae semper confouisti, tum propter singularem tuum erga me amorem. Quod autem ad immensae magnitudinis opus meum pertinet, scito quadraginta et duo me iam peregisse uolumina ad quadraginta et nouem usque reliqua prosecuturum, ac ex immenso pelago iam portum prospicimus; fluctus ingentes propemodum

---

1) S. zu Ep. 37. 2) hac. 3) Danach getilgt: benedictus.
4) Ep. 37. 5) S. zu Ep. 37.

omnes euasimus. Hoc anno, si deus dabit, in portum inuehemur. Senectuti nostrae quietem uspiam hoc opere quaerimus indipisci, et perinde hoc ipsum in obsidione fortassis aliquamdiu distinebit; nec tamen tantisper dormitabimus, sed Archimedem nostrum, quem te cerno magnopere concupiscere, ne semper Graecanico atque adeo Doriensi Siculoque illius modi prisco palio a paucissimis cognitus ueritus in publicum prodire latitet, nostratem togam, ut compareat, induemus. Uale! Venet. Idibus Januariis 1494.

14.

Georgius Valla Jacobo Antiquario.

Quod me de Uictruuio Archimedeque commonefacis, equidem teneo; Archimedem in proeinctu quidem habeo, ut, cum primum opus meum confecero, quod iam pridem summo labore prosequor, cuique totus mente corporeque inhaereo, tum demum Archimedes me authore prodeat in lucem una cum Eutocio [161ʳ] Ascalonite mirifico eius interprete. Uictruuium uero adhuc interpretamur ad octauumque iam librum peruenimus, idque festis modo diebus. Minitantur uero impressores, cum liber totus ex me lectione professoria fuerit emeritus[1]), tum demum se impressuros. Discipuli autem aliquot mei, quae dicimus, sedulo excipiunt. Quare et cum interpretatione fortassis etiam imprimetur. Sumus autem anno superiore secundum Plinii librum interpretati multa caligine tum ob breuitatem, tum scientiarum ipsarum recessu multo obrutum. Nunc autem rursus prouocor in aleam, ut eundem dictem, quandoquidem sunt, qui uelint in ipsum struere commentationes, quod non modo abstrusissimos quosdam locos illis uidear in lucem eduxisse, sed etiam mathematicis rationibus euidentissimisque argumentationibus demonstrarim Plinium grauissime hallucinatum esse; uelut cum ait[2]) terrae umbram lunam non excedere, quod nullum aliud sidus similiter obnubatur; quasi uero diutius in cono umbrae luna quandoque non commoretur, quasique tam Uenus quam Mercurius ad diametrum solis euadant, qui nequidem sexangulam mundi figuram attingant. Lunam quoque ait[3]) terra maiorem sui oblitus, quae de ratione dixit umbrarum. Nam cum umbram terrae neque cylindroiden neque calathoiden, sed conoiden ob solis magnitudinem esse necesse sit, cumque ea lunam obtegat et tam e longinquo [161ᵛ] interuallo, quonam pacto, cum diametri terrae habeat umbra rationem, etiam si luna terrae proxima, ut uel ad contactum ipsius descenderit, non erit terra minor? Haec ideo scripsi, quia paucis potuere; alia praetereo, quae nisi pluribus non potuerunt, ut ex horum imagine noris, cuiusmodi alia quoque sint coarguique, si non inscitiae, at certe incuriae queant. Uale! Uenetiis sexto idus Augusti.

---

1) Wohl emensus. 2) Hist. nat. II, 47. 3) Hist. nat. II, 52.

15.

Nicolaus Leonicenus Georgio Vallae S. P. D.

Cum dominus Annidus Placentinus tibi deditissimus ac tuae excellenti doctrinae mirum in modum affectus Uenetias te uisendi gratia potissimum proficisceretur, nephas putaui eum sine meis ad te litteris accedere, quibus primum tibi, ut debeo, gratias habeo, quod libros tuos, quoscumque meo nomine Aldus[1]) expetit, tam liberaliter excribendos tradas; si enim, ut coepisti, hoc agere perseueraueris, poteris uti et omnibus meis arbitratu tuo neque solum meis, sed et amicorum meorum, apud quos aliquid ualuero. Nuper alloquutus sum Ferrariae doctissimum uirum Angelum Pollicianum ostendique illi indices librorum Graecorum, quos in mathematicis habere desideras. Dixit penes se esse musicam Aristidis, non tamen eiusdem commentationem in musicam Ptholemei;[2]) reliquos autem ignorare se dicebat, utrum [162r] essent in bibliotheca sancti Marci Florentiae, sed exploraturum et, quicquid istic fuerit, tuum fore pollicetur. Cupit autem mirum in modum habere ex te exemplar Heronis de mensuris, ut Uenetiis excribatur. Itaque, si potes, te hortor et rogo, ut homini, qui potest multiplici foenore beneficium rependere, inseruias. Eius patronus Laurentius Medices ex toto orbe libros et Graecos et Latinos in omni genere disciplinarum perquiri iussit et ubique terrarum scriptores habet et emptores. Pollicitus est mihi idem Angelus Pollicianus, quicquid in tam opulenta bibliotheca fuerit, ad me Ferrariam missurum. Si quid autem in mathematicis uolueris, quod ipse habeat, mihi significabis; dabo enim operam, ut uoto potiaris. Sed stude, ut prius hominem benefitio deuincias. Poteris, si libuerit, eundem Heronem Aldo committere, qui procurabit, ut excribatur, et quotiens erit eiusdem libri tibi usus necessarius, poteris ab eodem repetere. Ego autem tibi polliceor non missurum Florentiam, quod excriptum fuerit, nisi prius Ferrariam missus fuerit aliquis ex libris illis, quos tu optas; ita enim cum Polliciano conueni, qui statim meis litteris acceptis ob Heronem, cum[3]) excriptum penes me habeam, iurauit missurum ex suis, quem uolueris. Cupio uidere initium Galeni therapeutices de febribus ad Glauconem; nisi Aldo tua manu scriptum iam dedisti, rogo, ut domino Annido tradere non graueris. Ex Ferraria die xviij⁰ Julii.

---

1) Die Rolle, die Aldo Manutio hier spielt als Vermittler des Handschriftentausches zwischen Ferrara, wo er seine Studien unter Guarino gemacht hatte, und Venedig, wo er seit c. 1490 lebte, ist bemerkenswert.

2) Existiert nicht; gemeint ist wohl Porphyrius. 3) iam.

16.

[162v] Georgius Valla clarissimo uiro Nicolao Leoniceno S. D. aeternam.

Non est, uir integerrime, quod gratias mihi agas habeasue; non est, quod tanti meum erga te officium facias; tua siquidem uirtus ita efflagitat, ut non possim sine reprehensione et, quae exhibui, et alia, quae tibi commodo cessura sint, subterfugere et tergiuersari. Quod autem de Angelo Polliciano scribis, scito me cum eo priorem certasse pridem officio. Nam antea, quam hominem uiderim, libros meos tradidi eius commodo excribendos. Uenit deinde huc, coram postulauit excribendos alios, et exhibuimus, et perinde non pauciora a me sex omnino operibus enactus est. Quantum uero hoc meum erga ipsum officium profecerit, adhuc nescio. Bonum uirum tu putas ipsum; ego quoque; quidni omnes liberalium artium studiosos integros censeam? Necdum tamen ullum erga me eius perspectum est officium. Scribis autem tu, hortaris ac rogas, quod mihi uidebam, nisi „si potes" tu quidem, ut soles, prudens adiecisses, esse faciendum, ut Heronis geometriam commodarem excribendam. Quod miratus sum plurimum ullam tibi de ea fecisse mentionem, cum ipsemet coram ea me uti spectauerit[1]) conueneritque mecum, ut tantisper commodato darem libros alios, praesertim quod ostendi sine maximo detrimento meo Heronem in praesentia cuipiam tradere non posse. [163r] Quod porro ait eum posse, nosti tu quidem totidem litteris constare etiam nolle; quod tu ais plura se facturum pollicitum esse, id si praestiterit, tum demum Polliciani commodum cognomen adeptum esse intelligam, sin contra, ut satis habeat polliceri; quod ut ab ipso longe alienum esse arbitror, ita re ipsa experiri cupio. Ipse ego prior offitio eum lacessiui; quorsum nunc Polliciani pollicita peruentura sint, nouero. Denique quod Galeni cupis ad Glauconem de febribus uidere primordium, inquit: *ὅτι μὲν οὐ τὴν κοινὴν μόνον*[2]) et caetera. Uale! Uenetiis idibus Nouembribus.

17.

Georgius Valla Johanni Jacobo Triuultio S. D. Æ.

Non est, inclyte Triuulti, cur me tui oblitum esse existimes, quem fixum ita cordi habeo, ut fas non sit obliterari. Is ego semper fui, qui mallim opera quam uerbis, ubi possim, amicis succurrere. Longa igitur inter nos intercapedo; praecipua fuit causa, cur te litteris antea non inuiserim, quod non habuerim, quibus securus potuerim con-

---

1) Wohl für die Übersetzung des Archimedes (Ep. 14, 36), der in derselben Hs. stand, oder für De exp. XIII—XIV.

2) *Τῶν πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν βιβλίον ά* XI S. 1 Kühn, das mit der Behandlung der Fieberkrankheiten anfängt (Kap. 2).

credere; fuit altera causa, quod, ubi prodesse non potuerim, ne quidem scribendum quicquam censuerim. Qui nuper tuas mihi reddidit litteras, ut pollicitus fuerat, amplius ad me reuersus non est. Itaque cum diu expectauerim, duxi tandem, quo modo potui, has litteras ad te destinandas. At de [163v] litteris hactenus. Tuo igitur longe prudentissimo et constantissimo congratulor proposito, quod domum petendam non censueris — uidisti enim prudens, quid immineret — quodque[1]) ab offitio ac uirtute abeundum nefas esse putaueris. Nosti, ut compertum habeo, fieri non posse, ut iniquus fortuna superbus ac turgidus diu laetetur; mutantur siquidem uices. Ita etiam exemplis propemodum infinitis edocti sumus, prudentem ac bonum uirum uexari posse, mergi non posse; concitari plerumque, quo magis eius uirtus elucescat. Fluxa siquidem ista corporis commoda, seu incommoda libeat appellare, magis uirtutem sugillare quam ostendere consueuerunt, ut tu rectissime tenes, quippe qui in ipsis uel nullam uel perexiguam posueris fiduciam. At, ut noris, innotuit per me nobilibus istis dominis[2]) singularis iniquitas et illustris ingratitudo aduersum te Ludouici Sfortiae.[3]) Nouerunt et domum et mentem tuam. Ita fit, ut non dubitem, quin, quo res cumque cadant, mergi non possis. Nolis igitur, mi Triuulti, animo deficere, sed potius magnitudine illa tua esse ille „Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror,“[4]) quem nulla unquam auariciae labes, nullus perfidiae morbus potuit superare. Nuper audiuimus, opes tuas fisco addictas esse uel potius cuidam filio quondam[5]) Roberti Galeatio. Rumusculus ac susurus est, regem Alphon- [164r] sium[6]) obnixissime pacem petere et in omnem descendere pactionem uelle, Ludouicum Sfortiam non modo se appellaturum Mediolani ducem, sed et Italiae regem. Fertur etiam Maximilianus[7]) accitus uenturus cum suis in Italiam copiis. Postremo quod a me exquiris, ex tanto eiusmodi gentium apparatu quid uenturum perspiciam, colligam paucis. Rex Gallorum in hac sua belli*) expeditione non bene castra metabitur, tuorum aduersariorum contundetur superbia, Ludouicus Sfortia fugiet Mediolano, eius filii occultati nec comperti tandem euadent. Quod reliquum nunc est, Triuulti mi,

*) Am Rande: *cή.* Nam Ludouicus una cum exercitu Ueneto regem Carolum expulit ab Italia, et paulo post moritur Carolus. Successit Ludouicus Rex Francorum, qui Jo. Ja.bo Triuultio exercitus Gallorum imperatore coegit ducem Ludouicum cum filiis Mediolano effugere, et denique dux Ludouicus Nouariae captiuus in Galliam ductus ibi moritur.[8])

---

1) quidque. 2) Seinen vornehmen Gönnern in Venedig.

3) Trivulzis Stellung beim neapolitanischen Heer veranlaſste Ludovico Moro zu der unten erwähnten Konfiskation seiner Einnahmen (Rosmini I S. 210 ff.), worüber Trivulzi sich in einem Brief an ihn (Rosmini II S. 203, vom 26. Sept. 1494) bitter beklagt, indem er die Reinheit seiner Absichten behauptet. 4) Lucretius III, 1032. 5) quōda.

6) Seit dem 25. Jan. 1494 König von Neapel. 7) Der Kaiser.

8) Karl VIII. zieht ab von Italien Okt. 1495 nach der Schlacht bei Taro und stirbt April 1498. Ludovico Moro von den Franzosen gefangen nach der Schlacht bei Novara April 1500.

ut prudentissimus es, longe circumspice, ne qui „te fallant animi sub uulpe latentes,“[1]) ne omnibus, inquam, passim commiseris uitam, quam ex prudentia tua fore opinor incolumem ac gloriam multam consequuturam, absit abs te tum immanitas tum auaritia. Bona cogitatio bonos fructus pariet. Uale et me, quod facis, ama! Uenet. xxviij° sept. 1494.

18.

Georgius Valla Johanni Jacobo Triuultio S. D. Aeternam.

Inuicte Triuulti, salue! Legato regio[2]) superioribus diebus litteras[3]) ad te perferendas dedi, qui ait se reddidisse. Itaque quoniam illis, ut opinor, ad tuas responsum est, quae scripsi, non iterabo. Et quoniam, qui tuas mihi reddidit, istuc iturus est, nefas puto idoneum nactus nuntium sine [164v] meis ad te redire; ea de causa potius scribam, quam scribendi ullum apud me magnum sit argumentum; nisi sit, quod a me tibi immortales agendae sunt gratiae ob tuam erga me lenitatem, quam semper prae te tulisti et nuper Ariminensi legato significasti. Ceterum reor tibi innotuisse, quod nuper palam factum est Johannem Galeacium Mediolani ducem uita defunctum esse,[4]) et statim Ludouicum Sfortiam cum tunica aurata ducalique capitis tegmine prodiisse in uulgus et a multitudine uociferatum ducis nomine. An exciderit tibi, quod duodecimo[5]) iam anno significaui, nescio. Repetam, si forte minus meministi. Nam cum Johannes Marlianus[6]) Ducis Johannis Galeacii forte mederetur aegritudini, protuli ipsi medico fore, ut tali aegritudine e uita decederet.*) Id medicum sollicitum egit meque nesciente Ludouico significauit; qui statim e cubiculariis suis unum ad se me misit accitum, cumque me in arcem contulissem, significatumque Ludouico esset in senatu, aduenisse, cum legatos quosdam missos fecisset, omnes alios amouit arbitros. Restitimus ambo; de duce quid opinarer, percunctatus est; respondi fore, ut tali langore esset e uita decessurus, futurusque dux Mediolani ipse Ludouicus; qui respondit: [165r] „erit, ut uolam.“ Iteraui ego: ita fore uidetur. Inde abeunti mandauit, ea apud me essent. Ego uero soli tibi omnem rem aperui. Tu respondisti: bonus profecto est Ludouicus, neque unquam crediderim, etiam si possit, se ducem effecturum. Nunc, quid sit, tenes. Post, quae in aliis litteris exposuimus,[7]) ut opinor, intuebere: non diu fore censeo, cum prorsus

*) Am Rande: Scilicet ueneno, ut palam fertur.[8])

1) Horaz, ars poet. 437. 2) Hier am Rande: Regis Neapolis Alfonsi.
3) Ep. 17. 4) 20. Okt. 1494, s. oben S. 48.
5) Hier am Rande: 12 annos ante aduentum regis Caroli in Italiam praedixit mortem Johannis Galeacii nepotis, ipsumque Ludouicum patruum fore Mediolani ducem. 6) S. oben S. 11 ff.
7) Ep. 17 mit den Randnoten.
8) Cfr. Petr. Justinianus, Rer. Venet. hist. S. 346: qui non multo post non sine veneni a Ludovico patruo insidiose dati suspicione e vita decessit… ipseque ducatum per violentum nepotis obitum tyrannice inuasit.

Sfortiarum nomen delebitur.[1]) Vale, et cum has legeris, te etiam atque etiam oro, ut eas igni immergas. Dat. Venet. 30 sept. 1494.

19.

Alexandro Benedicto Ueronensi Georgius Valla S. D. P.

Alexander mi Benedicte, sis ab deo benedictus ac salue! Habeo gratiam magnam tibi, quod patriam nostram et ualere et saluere iusseris tantique mea de causa habueris. Quod autem scribis, commentarios tuos planeque de rege Gallorum historiam[2]) et legam et, si quid uideatur, corrigam, ego eis, qui litteras attulerunt tuas, respondi confestim: uideri mihi rem absoluendam uel saltem proximam pugnam, quam cerno cruentissimam fore maximique omnium[3]) momenti, imo equidem statuum praecipueque Mediolanensis ponderis grauissimi, esse expectandam. Itaque cum responderim illis uideri mihi hoc negotium perficiendum, [165v] meam ipsi probantes sententiam tuos secum tulerunt commentarios. Nunc quod reliquum est, tamquam amicissimus frater commonebo, ut existimes imitatione aliqua te ista melius scripturum, et quemadmodum Salustius suum bellum scripsit Iugurthinum, ita tu Carolinum, mentemque tuam ad istum aut alium similem dirigas imittandum; deinde existimes fortunam laudare solam superbum esse; consilia atque iudicia apud sapientes solere uel reprehendi uel laudari;[4]) proinde non tam bellum refferendum esse,[5]) quam quo consilio regio nec non Ueneto fuerit administratum, ut, si quae legationes contionesque intercesserint, nequidem supprimantur; dein quod ad doctrinam pertinere uidebitur, ut acutum tuum postulat ingenium fertque iudicium singulare, inseras historiae, quam equidem talem fore arbitror, ut sit sibi aeternitatem uendicatura. Tum si quid nos opis ferre poterimus, non detrectabimus. Uale! Data Venet. quarto Idus Augustas 1495.

20.

Georgio Vallae Jacobus Antiquarius S. P. D.

Nimis diu litterae iam inter nos cessant, sed dispari conditione. Tu optimo negocio uacas, ego uero iam sordescenti, ex lucubrationibus tuis fama tibi longius prope quaesita emersit, mihi inter Cyclopas

---

1) Hier am Rande: Qui sapiunt, iudicent.

2) Alexander Benedictus, Diaria de bello Carolino, an den Dogen Agostino Barbarigo dediciert, erschien Venedig 1496 (Ap. Zeno II S. 44) und geht bis Oktober 1495.

3) Darauf getilgt: detrimenti.

4) Cfr. Ep. 1 S. 56 und Cicero de orat. II, 63.

5) refferendum esse korrigiert aus quam esse refferendum.

semper decertandum, utilis es tibi et multis, ego eodem reuoluor ad stomachum usque. Id quoque dete- [166r] rius est, quod eum seruituti finem propositum cerno, quem mors fecerit. Recte enim facta non alio maiore afficiuntur praemio, quam ut perseuerare cogaris, nisi exanglati laboris gratiam uelis amittere incertus futuri. Itaque, mi Georgi, cum uacem culpa, quicquid temporis silentio praetermissum est, aequanimiter feras oportet. Attamen quid ad te, quod delectaret, scribere potuissem? Quippe stultum est, ubi nihil prosis, ea arguere, quae, uelis nolis, subeunda sunt. Quo in periculo uersemur, nosti. Quid ista cum Gallis recens pax[1]) afferat, incertum; illud autem certissimum, Uenetos tuos omnium hominum sapientissimos tanta gratia in uulgus propter auxilia ualidissima, quae in Parmensem[2]) primum, dein in agrum Nouariensem[3]) miserunt, penitus descendisse, ut in suis thesauris condidisse credantur, quicquid aduersus barbaros impenderunt. Et quamquam detrimentum sit acceptum non mediocre apud Tarum,[4]) neque Nouariensis obsidio ex sententia cesserit, satis tamen negotii fuit restituta nobis ciuitate grauissimum hostem amouisse a nostris ceruicibus conditionibus nescio quibus; nam perituris captata dilatio saepe salutis causa fuit. Ad eosdem rursus pertinet, quorum in amplissimum sese laus extendit, prouidentiae neruos in dies magis intendere, quo seruetur Italia. De aris, de focis, de libertate[5]), de iugulo agitur. Mori longe satius est [166v] quam hanc miseram foeditatem pati, quoniam eam transmittere ad posteros quoque oporteret, ubi semel barbaris herbam dederimus; uerum dii melius fortasse respicient, quorum alioquin consuetudo est fortes iuuare. Equidem interea ex te cupio intelligere, quousque tua illa uetus foetura[6]) processerit. Quodsi tuarum rerum parcus et admodum tenax esse statuisti, saltem cura, ut ab Alexandro Benedicto, cui multum debemus, aliquid eueniat, quo magis ei debere intelligamus. Uale! Mediolani XXII. Oct.

21.

Georgius Valla Jacobo Antiquario S. P. D.

Hesterna uespera tuae mihi redditae sunt litterae, quibus pariter refectus ac tristatus sum, refectus quidem, quia tuis mihi licuit iucundissimis amici frui colloquiis, tristatus autem, quod rem ferme nisi

1) 9. oder 10. Okt. 1495, wonach die Franzosen abzogen.

2) Das Heer der Liga, das am Flusse Taro bei Parma den Franzosen den Rückzug sperren wollte, war von zwei venetianischen proveditori kommandiert.

3) In Novara wurde der Herzog von Orléans von dem Heer der Liga belagert; man mufste ihm schliefslich freien Abzug gewähren und die Citadelle belassen.

4) 6. Juli 1495. Die Schlacht war unentschieden, aber die Franzosen konnten den Rückzug fortsetzen. Justinianus S. 349 bemüht sich vergeblich, einen Sieg für die Venetianer daraus zu machen (vgl. Rosmini, Gian-Jacopo Trivulzio I S. 265). Die Ligisten verloren 3—4000 Mann (Rosmini S. 264).

5) Darauf getilgt: agitur. 6) De expetendis et fugiendis rebus, vgl. Ep. 13.

tristem non perspexi. Doleo uices tuas et ingenium tuum non eis foueri, quibus opus esset, artibus atque disciplinis, homini, inquam, congruis, unde etiam humanitatis prisco loquendi more nomen obtinuere, sine quibus non Cyclopes modo ac lusciosi, sed plane uagi et pallantes, caeci, moribundaeque pecudes rectius possumus[1]) nuncupari. Gaudebam pridem, quod te mathematicis non nihil rebar inseruire.[2]) Contra nunc doleo natum eiusmodi tuum ad liberales disciplinas ingenium oblanguescere. Quicquid sit, tuum fuerit deo gratias [167r] agere, quia is solus omnem ex animo potest educere sollicitudinem. Quod de litterarum quereris cessatione, non est, quod aegre feras, quando tempora non fuerunt eiusmodi, ut loqui quam silere satius fuerit. Nec enim in litteris omnia dici possunt, nec tutum existimamus litteris omnia committere. Pericula quae fuerint omnium capitibus imminentia, deus uidit; ideo reppulit ductu atque propulsu Uenetorum R. P.[3]) prudentissime, quae quid in reliquum sit factura, incertum est, et nequidem ipsam certum quidpiam habere existimamus, sed ex rerum euentu capturam consilium. Omnino bonis deum optimum maximum non defuturum arbitramur, ut improbos perditurum. Prudentissimus dux uester[4]) et habetur et est, et perinde cautum fore existimamus ad euitandum, si quid immineat periculi. Tu interim, Antiquari mi, uide, ne quid a destillatione, quam catarrum Graeci uocant, quicquam[5]) inuehatur mali; ab ea namque tibi cauendum censeo. Quod de opere meo scribis, pridem perfectum est, ac iam pars dimidia excripta, ut impressoribus concredatur; iamque totum excriptum foret, nisi temporum difficultates obstitissent; censemus autem fore, ut transacto pascha imprimatur. De Alexandro Benedicto polliceri quicquam non possum; missus siquidem est medicus [167v] ab hoc senatu pridem in exercitum,[6]) ut esset, qui aegrotantibis illis mederetur; post illa ipsum non uidi. Uale! Uenet. nonis nouembribus.

22.

Georgius Valla Francisco Vitali
S. D. Æ.

Quod commentarii, qui a nobis iam pridem exierint, tibi placuerint, laetor; quod me obserues atque uenereris, gratiam magnam habeo, nec est, cur uereare poscere, cuius ulla in me rei sit facultas. Proponis

---

1) Hier getilgt: appe. 2) Vgl. Ep. 6 und 7.
3) Hier getilgt: sap.
4) Ludovico Moro, dem Valla sonst sehr böse ist, s. Ep. 17, 18. Aber Klugheit kann allerdings auch sein schlimmster Feind ihm nicht absprechen.
5) Korrigiert aus quicquid.
6) Er hat den Feldzug 1495 als Augenzeuge beschrieben in zwei Büchern (s. oben S. 75 Anm. 2), die er selbst Diaria nennt (S. 1577), gedruckt u. a. bei Eccard, corp. hist. med. ævi II S. 1577 ff. unter dem Titel De rebus a Carolo VIII Galliae rege in Italia gestis libri duo. Darin nennt er sich S. 1721: Veneti exercitus medicus.

tu quidem igitur quaestionculam, apud Plinium[1]) legendumne sit Sicilia[2]) an silicia an siliqua, quod uerbo faenum significatur Graecum. Quoniam igitur a dialecticis commonemur, ut proposita quacumque quaestione de loco ei maxime confini ad confirmandum, quod uolumus, sumamus argumentum, nec est quisquam locus, unde id potius ducendum esse uideatur quam a nota, quam Aristoteles[3]) symbolon uocat, cuius uim Graeci ethymologiam, Latini tum ueriloquium, tum originationem dixere — nam de re quaestio non est; ea siquidem sine controuersia certo depraenditur —, uerbi, unde nobis argumentandum est, indagemus ethymologiam. Licet enim friuolum plerumque sit, suffragatur tamen non oratoribus modo, sed aliquando etiam philosophis inde petitum argumentum. Si ergo sicilia dicatur, erit a siciliendo id nomen; sicilire siquidem ait Uarro[4]) falcibus consectari, quae foenisecae praeterierunt; et quoniam ut foenum subsecatur, [168r] sicilia uideri potest appellata. At silicia a silice; saemen enim si spectes, tibi et colore et duricie silicicula esse plane uidebitur sine per concisionem silicula. Siliqua porro, quod thecae ipsius saeminis siliquae faciem referre uideatur, quippe quae corniculo consimilis; cui uerbo etiam Graeca astipulatur appellatio, quam non Plinius[5]) modo, uerum etiam cum plaerique Graecorum, tum Dioscorides[6]) profert inquiens: *Τῆλισ*[7]) *ἠδὲ τήλεωσ καρπὸσ ἠδὲ*[8]) *βούκερος ἠδὲ αἰγόκερος ἠδὲ λωτός, ῥωμαῖοι φοίνουμ γραίκουμ, Αἰγύπτιοι ἴτασιν*[9]); quam enim siliquam nos dicimus arborem, Graeci cerotonium, foetum uero ceratium; huic non absimile ceraitis, quod foenum dicimus Graecum, quod nomen sequitur siliqua Latina appellatio. Proinde si uerbum inspicimus Graecum, a theces facie siliqua dicetur, quod mihi non displicet; sin seminis sequimur faciem, siliciam, uel siciliam, si sectionem, cur dicamus, id iam ex etymologia expressum est. Unde fit, ut siliquae appellationi accedam nec tamen a siliciae uel siciliae usque quaque absim uocabulo; frequentissime enim euenit, ut a medicis his consimilia uaria interpretatione nominentur. At, ut uerum fatear, quoniam de lana quaestionem hanc esse caprina inspicio, non eam pluris facio, quam illum Alexander, qui leguminum grana in acus mucronem satis[10]) longo interuallo citra frustrationem infixerat. Itidem te hortor, ut, qui praestas ingenio, grauiora [168v] moliaris. Denique foeni Graeci siliquam ipsam cum saemine litteris inclusam mittimus, quo tibi facilius liceat intueri, quod diximus. Uale! Quinto idus Februarii: —

---

1) Hist. nat. XVIII, 140; XXIV, 184.

2) Hier am Rande: Apud Plinium legendumne sit sicilia an silicia an siliqua. 3) Sophist. El. 1. 4) De re rust. I, 49. 5) Hist. nat. XXIV, 184.

6) II, 124, sehr fehlerhaft; statt *ἠδέ* ist zu lesen: *οἱ δέ*; Dioscorides hat auch noch den Namen *κεραΐτις*. 7) *τήλισ*. 8) Getilgt: *λωτοσ ρωμ.*

9) *ἰτασίν*. Accente fehlen in *καρπός, αιγόκερος, λωτός*.

10) Hier getilgt: longinque.

23.

Georgius Valla Augustino Morano S. D. Aeternam.

Quod me, ut scribis, et ames et obserues, gratiam tibi magnam habeo, contraque fieri a me etiam scito. Quod quaeris, quidnam sibi Beatus Hieronymus [1]) uelit, cum ait: „hoc enim mysterio hebdomadis et ogdoadis futurus gentium praedicator instruendus erat", primum scire expedit sapientiam et ueritatem Christum dei filium appellari, deinde sapientiam numero coniunctam esse, unde et diuus Augustinus in secundo de libero arbitrio [2]): „non enim", inquit „frustra in libris Sapientiae [3]) coniunctus est sapientiae numerus, ubi dictum est: circumiui ego et inclinaui cor meum, ut scirem et considerarem et quaererem sapientiam et numerum". Quod autem Paulus apostolus [4]) dicat se ad quindecim dies fuisse commoratum, hunc numerum septenarius octonariusque conficiunt. Superest, ut perspiciamus, quid mysticum hi duo complectantur numeri, ut diuus tradit Hieronymus; si utriusque numeri uim a ueteribus expositam uelimus explicare, iam non epistolae, sed uoluminis succrescet magnitudo. Paucis ergo absoluemus. Septenarius numerus, qui hebdomas a Graecis appellatur, [169r] tum uirgo [5]) tum Minerua [6]) dictus est, quod intra decadem neque gignat numerum neque ab ullo gignatur, quodque res naturales maxime hoc numero comprehendantur. At ogdoadis primus cubus [7]) a philosophis tutela ac sedes nominatus [8]) quodque octauus globus, ut prisci mathematici tradiderunt, supra Aristotelem omnes, et post Aristotelem multi, cuncta comprehendat, ideo Eratosthenes: „octo", inquit, „omnia circumambit", et uetus prouerbium fuit: octo omnia.[9]) Inde quidam supra hoc nomen deum uocitarunt. Diuus autem Augustinus [10]) in sexto psalmo Dauid, ubi scriptum est „de octauo", statim subiungit: „hic uidetur obscurum; uisum autem est nonnullis diem iudicii significare, id est aduentum domini nostri, qui aduentus computatis annis ab Adam post septem milia annorum spacium futurum [11]) creditur". Idem paulo post [12]): „manifestum", inquit, „est ad corpus quaternarium numerum pertinere propter notissima elementa quattuor et quattuor qualitates et quaterna anni tempora, ad animum uero trinarium numerum pertinere. Sic septenario numero transacto, quia unumquodque temporaliter agitur, quaternario in corpus, trinario in animum distributo, ueniet octauus iudicii dies." Hoc est, quod Hierony-

---

1) Hier am Rande: Quid beatus Hieronymus uelit in illo: hebdomadis et ocdoadis mysterio inteligi. — Hieronymus spricht zwar öfters von Zahlenmystik, aber diese Stelle habe ich nicht finden können.
2) Ed. Paris. I p. 595. 3) Ich habe eine solche Stelle nicht gefunden.
4) Ep. ad Galat. I, 18.
5) Theolog. arithm. p. 41 (Anatolios). tum uirgo zweimal geschrieben, aber korrigiert.
6) Ebend. p. 53. 7) Ebend. p. 54.
8) Ebend. p. 55 (Anatolios). 9) Ebend. p. 56 (Anatolios).
10) Ed. Paris. IV p. 22. 11) Korrigiert aus fore.
12) IV p. 23.

mus mysterium dixit in hebdomade et ogdoade. In prohemio Regum[1]) principium galeatum uocat omnibus libris suis, id est instructum, quoniam ibi memorantur, quae in singulis dici potuere. In prohoemio Paralipomenon[2]) quod ait de configendis cornicum oculis, prouerbium [169v] est, ut plerisque locis, ita et apud Ciceronem pro Murena[3]): „erant in magna potentia, qui consulebantur, a quibus etiam dies tamquam a Chaldeis petebantur; inuentus est scriba quidam Gneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit et ab ipsis causis iuris consultis eorum sapientiam compilarit." Hoc prouerbium usurpatum est pro eis, qui uideantur laborem nimium acute intuentis sustulisse, quod cornices e sublimi loco e regione saxi alicuius collocatae uideant nuces aut quiduis aliud frangibile spectantes dimittant.[4]) Apud apostolum uero Paulum[5]) quod quaeris, quid significet „et synthicen deprecor", confœderatum dicit et sibi eodem pacto copulatum. Non ero longior, quia occupatus. Uale! Uenet. quinto Idus octobr.

24.

Georgius Valla Francisco Rauenati S. D. Aeternam.

Francisce dilectissime, tibi ago gratias; quid pro me agas, nuntio indicasti. Quamobrem et contra fiet, ubi mea opera tibi usui esse potuerit. Doleo non posse me pluribus tecum agere, qui aeger iaceo librumque prae nimio capitis dolore spectare non possum. Quare quaestiunculae tuae paucis succuremus. Quaeris igitur, in sexto Elementorum[6]) libro[7]) quid uelit sibi Euclides, cum de extrema et media lineae loquitur sectione. De hac re multas facit Euclides [170r] demonstrationes, uelut: si lineam unam bifariam diuidas, ut maior pars una, altera minor sit, proportio quaesita erit[8]) ea ad maiorem partem totius, quae est maioris ad minorem. sit uerbi causa tota ut nouem, maior pars ut sex, minor ut quattuor; hic uides in numeris non conuenire; est ergo irrationalis, quemadmodum in decimo Elementorum de apotome locutus multis demonstrationibus probat Euclides;[9]) et tamen hi numeri sunt inter se proportionales; nam ut nouem ad sex habet, ita sex ad quattuor; est enim utraque sesqualtera ratio, et quod fit ex tota et parte minore aequale est quadrato, quod fit ex maiore; nam

1) In den älteren Ausgaben der Vulgata: hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris, quos de Hebreo vertimus in Latinum, conuenire potest. 2) Praef. I: cornicum, ut dicitur, oculos configere.

3) 25, wo richtig ediscendis; dagegen steht das verkehrte iuris consultis eorum auch in unseren Hss.

4) Die Erklärung des Sprichworts ist unverständlich (verschrieben).

5) Ep. ad Philipp. 4, 2: *καὶ Συντυχὴν παρακαλῶ.*

6) Hier am Rande: Respondet quaestioni, quid sibi uelit Euclides in sexto Elementorum. 7) Defin. 3. 8) quae sit (für quaesita erit).

9) X, 85 ff., vgl. XIII, 6.

quater nouem et sexies sex tandumdem perficiunt; utrumque enim triginta sex. Quare cum haec sectio sit irrationalis, quandoquidem effugit numerum, undecima secundi,[1]) ut ex sexta decima noni[2]) colligitur, et uigesima nona sexti[3]) numeris demonstrari non possunt. Quod si uelis ex hac sectione demonstrationes aliquas nosse, legito sex prima theoremata tertii decimi Elementorum Euclidis et quaedam alia in eo libro sparsim descripta.[4]) Vale; langor enim me loqui plura non permittit. Data Uenetiis pridie Nonis Octobris.

25.

[170ᵛ] Georgius Valla R^mo Hybleto Flisco S. D. Aeternam.

Cum papa Janus, ut ipse ait tuus, Romam se recipiat, ipsum sine meis ad te istuc ire litteris nefas esse arbitratus sum, tum quod mea tum quod ipsius causa debeo; perlatum enim iri has non dubitaui, sicut[5]) multae inter nos, ut opinor, exciderunt. Scire igitur cupio, quid Reuerendus agat Laurentius noster, an oblitus sit nostri, an etiam studiorum litteralium, ecquid tandem in hac aetate iuuenili suo dignum praestet ingenio. Num, ut mos fere omnium relligiosorum est, solis cumulandis[6]) siti Tantalea opibus occupatus? Quod tamen non puto, quando et eius splendidum noui ingenium et a tua totius Italiae magnificentissima domo semper fuit alienum. An otiosa putrique contabescit uita? Ne id quidem censeo; curis siquidem uariis semper ista domus agitari consueuit et omnem animi langorem prorsus abiicere. Quare scribat ad nos aliquid, quidnam rerum agat. At ne te diutius teneam, uale! Dat. Venet. 4° x° Cal. Aug.

26.

R^mi Guidonis Antonii Simonetae ad Georgium Vallam Virum Doctissimum.

Amantissime tamquam frater, cum istuc proficiscatur harum litterarum lator sepulchrum Dominicum petiturus, rogaui eum, has ad te litteras perferret curaretque omni [171ʳ] studio eas tibi reddere, quibus a te responsum dari etiam contenderet. His autem a te nihil uolo

---

1) Vgl. hierüber Scholia in Elem. II nr. 71 und 77.

2) Handelt von rationalen Zahlen und kann also hier eigentlich nicht angewendet werden.

3) Gemeint ist VI, 30 (die Sätze in VI sind in den Hdss. verschieden numeriert); vgl. Scholia VI nr. 57.

4) XIII, 8, 9, 17 S. 326, 18 S. 332.

5) Zweimal geschrieben, aber korrigiert.

6) Hier getilgt: opibus.

aliud, nisi ut mihi rescribas, quid rerum istic geras, qua conditione, quo praetio isti te habeant, et demum, quod sit tuum de rerum tuarum summa consilium; quo cognito forte consilium meum, quod nuper ex tempore inii, significabo; quod quidem spero nec displicebit nec a re tua erit alienum. Te igitur praecor, ut ad me, quam celerrime fieri possit, de omnibus iis, quae supra memoraui, plenas des litteras. Bene uale et me mutuo ama! Litteras, quas ad me scribes, dirigito in manus R^mi^ D. Cardinalis Aleriensis affinis mei. Ex urbe Netri XXVII nōbr.

27.

Georgius Valla ad Reuer^um^ Guidonem Antonium Simonetam.

Opportunissime tuae mihi redditae sunt litterae; leuarunt siquidem magnam, quae iam pridem mihi animo insederat, cupiditatem desideriumque restinxere, quo mirum in modum afficiebar, ut de te modo aliquid acciperem; nec ad te alias scribere detrectaui; nuntiis quoque fidis aliquando ad te mea uerba concredidi; nuntii te non offenderunt, itidem arbitror litteras intercidisse. Cupiebam id tantum de te, quod tu de me cupis audire. Iam primum scito me tot immersum occupationibus, ut non modo has ad te dandi, uerum etiam cibum capiendi [171^v^] atque per somnum quiescendi uix otium detur. Nec tamen id mihi molestissimum; labor siquidem totus litterarius est; in quo tum aliis tum mihi inseruio. Scripsi uertique in Latinum pridem aliqua ex Graecis. Nunc demum tandem multis exanglatis laboribus aerumnisque plurimis iactatus, quod maximum opus exhausi, excribo. Ad uigesimum et secundum librum iam scriptione perueni, sexaginta libris aut[1]) non multo secus totum opus absoluturus de omnibus disciplinis ac prorsus de bonis malisque rebus scribens. Proinde huic labori totus ferme incumbo. Intra biennium ad summum puto me totum confecturum, ut imprimendum possit exhiberi. Lucubrationes meas, quas scire concupisti, iam tenes; et quoniam, quam mihi fortuna blandiatur aduerseturue, scire desideras, significabo. Stipendium mihi in hac urbe publicum est ducatorum ducentum; nunc in spem ponor, ut ad tercentos usque excrescat. Honor certe magnus mihi in hac urbe; feruntque multi non cuiquam alii eloquentiae professori in hac urbe unquam tantum honoris extitisse. Ego tamen, quicquid sit, parui pendo studeoque plurimum meos labores non irritos ad posteros peruenire. Ista fortunae bona quam lubrica et caduca, tam etiam didici contemnenda. Habes igitur consiliorum meorum recessus omnes; excussi siquidem tibi mentis meae sinum, quemadmodum apud amicissimum faciendum aequum[2]) existimaui. Uale! Uenet. XVI Cal. Febr.

---

1) haud. 2) Hier getilgt: esse.

28.

[172r] Georgius Valla Iusto ex Iustis equiti Iurato patritio Veronensi S. D. Æ.

Iuste optime, salue! Ad te Aristotelem, quando id nobis facere non licuit, uisendum destinauimus; nostri loco tua fruetur consuetudine; qui ut plane sit tibi familiaris, quasdam tesquas scrupulosaque itinera, quibus ad ipsum minus obuius erat accessus, leuigato strauimus pauimento. Secretiorem[1]) nempe linguam glossemaque adhibuimus, quo sensus paulo obscuriores tibi elucescerent autoris eminentissimi. Uale aeternum!

29.

Georgius Valla Johanni Mariae Ruzinento S. D. Æ.

Admiranti pridem tuam erga me, ut in omnes, lenitatem doctrinamque singularem, unde et in gymnasio Ticinensi[2]) in maxima omnium fuisti obseruatione, putasne te mihi potuisse excidere? Quem, ut debeo, tam amo et iure obseruo, quam quod maxime. Itaque cum Bernardinus nepos tuus se mihi aperuisset, pollicitus sum ei non iniuria tua de causa meam omnem operam, si ea uspiam ei esset opus; ob hoc non est, quod mihi gratias agas, nisi ex affluente benignitate tua. Debeo siquidem et tibi et tuis omnia ob praecipuas animi tui dotes. At si tuo adhuc me uis magis cumulare offitio — nec enim uerebor, cui obnoxius sum, [172v] adhuc multum ei uelle debere —, mandato, inquam, mihi quidpiam, quod pro te hic efficiam; nepos enim tuus mihi fratris loco erit. Uale et salue aeternum!, Venetiis pridie Cal. Iunias.

30.

Petrus Barocius Dei et apostolicae sedis gratia Patauinus episcopus Georgio Vallae S. P. D.

Heri per Johannem Petrum nepotem ac filiolum tuum,[3]) adolescentem bonae indolis, ut mihi uidetur, et rerum tuarum studiosissimum, libellum, in quo quartum decimum uolumen Elementorum Euclidis et Hypsiclis interpretationem,[4]) quae utraque ipse Latina fecisti, incluseras, habui; qui mihi

1) Getilgt: namque.

2) Pavia. Dennoch ist Ruzinento unter den Professoren nicht zu finden in den Memorie e documenti per la storia dell' università di Pavia, noch sonst wo. 3) Der Adoptivsohn Gian Pietro Cademusto.

4) Euklid, Elem. XIV—XV (XIV ist von Hypsicles, XV eine viel spätere Arbeit; in dem Band von 1498 sind sie auf dem Titel bezeichnet: Euclidis quartus decimus elementorum. Hypsiclis interpretatio eiusdem libri Euclidis.).

pluribus alioquin negotiis occupato, quam ut geometriae dare operam possim, tanto gratior fuit, quanto minus speratus. Ago et habeo tibi eo nomine ingentes gratias; maiores refferam, si quando se opportunitas dederit, quod tamen absque aestimationis et fortunarum tuarum detrimento ut fiat, uelim. Praefaciunculam in eum tuam statim perlegi et reuolutis eius pagellis usque ad finem rerum capita ipso nepote, qui portauerat, praesente percurri per otium singula relecturus; neque enim eiusmodi sunt, ut transcurrendo intelligi possint. Quod uero me [173^r] geometriae studiosum putes, non continuo concedendum existimo; tot enim quottidie rerum maximarum curis[1]) non premor solum, sed opprimor, ut uix respirandi spacium habeam. Placuit mihi, fateor, maiorem in modum, cum minus occupatus forem, disciplina haec, quia inter eas, quae certitudinis aliquid habent, principatum tenet et omnibus ferme in rebus necessaria est; sed sarcina episcopalis istam dare illi operam uetat. Quod nisi cum utilitate plurimorum fieri cernerem, mihi molestissimum esset. Uidi olim Archimedis illius, qui experimentis maxime delectatus est, opuscula tria de quadratura circuli, de insidentibus aquae, de aeque repentibus,[2]) quae si latina fierent, multum iis, qui in quottidiana uita uersantur, utilitatis afferrent; haec si non habes, quaerere, sin habes, transferre per otium potes, ut, qui per te quartum decimum Elementorum Euclidis librum et interpretationem eius habent, habeant etiam opuscula haec per te tanto utiliora, quanto quottidianae uitae accommodatiora. Uale nostri memor. 21 Oct.

31.

[173^v] **R^{mo} in $\overline{\chi\rho o}$ patri Dño Petro Barocio Patauino episcopo Georgius Valla S. D. Æternam.**

Iucundissime tuae mihi litterae, praesul doctissime pariterque praestantissime, fuerunt, tum quod mea tibi scripta sentio placuisse, tum quod mihi per ista studia decurrenti subdis calcaria ueritus, ut opinor, ne nimio otio animus noster oblanguescat. Scito tamen a me nihil tam esse alienum, ut, si labores meos perspicias, fortassis uix putes credibile; utcumque iuuat tamen me a tanto uiro excitari. Quod ais te relaturum gratiam, cum oblata fuerit occasio, habeo equidem imprimis Deo optimo maximoque gratiam, qui uult nos multo cumulare

1) Getilgt: opprimor.

2) Wenn Barocius wirklich auch De insidentibus aquae griechisch gesehen hat, ist das sehr merkwürdig. Noch im XIII. Jahrh. gab es in Italien eine griechische Hds. davon (Abhandl. z. Gesch. d. Math. V S. 55), deren Spur noch 1311 nachgewiesen ist (s. Zeitschr. f. Math. u. Phys., hist. Abth. XXXVII S. 97), aber seitdem kennt man nur die lateinische Übersetzung des Wilhelm von Moerbek. Leonardo da Vinci hatte gehört, dafs Barocio sogar einen Archimedes besitze; er notiert sich (II S. 428 nr. 1417 Richter): Borges ti fara avere Archimede del vescovo di Padova. Doch ist mir der Titel bedenklich; so giebt auch Wilhelm *περὶ ὀχουμένων* wieder.

offitio, quodque te talem ac tantum constituerit, ut hoc et multo plura praestare possis, et mentem eam tibi tribuerit, qualem paucissimi tales ut tu habere inueniuntur. Verum haec hactenus. Erit, ut opinor, ubi commodius haec pluribus. Subnectis, uir doctissime, nonnulla Archimedis opuscula, si per me Latina fiant, usui posse esse multis. Scito igitur multa iam pridem conuersa in Latinum eius praestantissimi geometrae opera ad quemdam summum pontificem, cuius mihi nunc nomen excidit,[1]) easque esse et Romae et Florentiae et Ferrariae[2]) audiuimus. Vidimus ipsi translata apud [174r] olim praeceptorem nostrum Johannem Marlianum, praecipuum nostro tempore Mathematicum pariter et physiologum, huius geometrae nonnulla, inter quae fuerunt de sphaera et cylindro bina uolumina, de circuli quadrato et de harenae emensione[3]). Sunt apud nos eius authoris aliquot opera,[4]) quorum si norim aliquod necdum[5]) in linguam nostram conuersum, tibi libenter transtulerim. Verum sunt nobis alii plaerique mathematici egregii, quorum aliqua etiam[6]) mechanicis et fabrilibus operibus usui esse possint.[7]) Si quid erit horum, quod te capiat, quid me uelis, moneto, et quam potero, tam his quam aliis omnem operam euacuabo. Uale! Uenet. nono Cal. Nouembr.

32.

Georgius Valla Magnifico Antonio Vicecomiti S. D. Aeternam.

Iohannes Petrus filius meus Lascaris Constantini de nomine librum tibi a me reddet, quem mihi litteris tuis mandasti excribendum; ac ne sine comite ad uicecomitem haberet iter, qui comitis uice fungeretur, ei adiunximus de corporis humani distemperantia Galenum[8]) medicum praecipuum, quo citra distemperantiam ullam ad te permearet, deinde ambo apud te sine molestia hospitati, ne sis ociosus, domi tecum quandoque loquerentur. Uale, legate praestantissime, et nos ama! Venet. pridie Idus Sept.

---

1) Gemeint ist die Übersetzung des Jacobus Cremonensis, durch den Papst Nicolaus V. veranlafst, s. meine Quaestiones Archimedeae S. 94.

2) In der Vaticana war natürlich ein Exemplar; wir haben ebenfalls Kunde von einem Exemplar in der Biblioteca di S. Marco in Florenz; von Ferrara ist nichts bekannt. Übrigens besitzt sie auch die Marciana in Venedig und die Riccardiana in Florenz.

3) Hieraus erhellt, dafs die Übersetzung des Cremonensis gemeint ist; denn die alte Wilhelms von Moerbek enthält nicht den ψαμμίτης.

4) S. zu Ep. 14. 5) Getilgt: in lucem.

6) ēt korrigiert aus in.

7) Z. B. Herons Spiritalia (De exp. XV, 1) und Stereometrie (XIV, 12).

8) An Antonio dediciert (1498).

33.

[174v] Johanni Petro Vallae ex Cademustis Laudensibus filio adoptiuo Georgius Valla S. D. Aeternam.

Carissime fili, noli properare; satis cito[1]) ad nos redibis, si uenias incolumis. Si quid uis mittere, committe fido alicui, uel, si tibi libuerit, mittam ego hinc quempiam. Te uero melius, ut censeo, equo quam naui commiseris, quia et caput et stomachus, unde haec[2]) tua mala, melius habebunt, si equo quam si naui uecteris; denique nolis temere quicquam agere, ne malum malo addas. Ac si tibi tandem ita uidebitur, ut redire possis citra ullum imminens periculum, adhibe tamen tibi comitem fidum, si me amas. Si tibi opus pecunia, mone, quia per litteras mercatorias curabimus istic tibi, quod opus fuerit, dinumerari. Fili, ne te committe amplius periculis et eligma[3]) illud, quod ad te conficiendum misi, tibi habeto in itinere, quia omnem stomachi capitisque laborem ammouebit. Uale! data Uenetiis die XXVIII nouembr.

34.

Lipo Brandulino eloquentiae professori Georgius Valla S. P. D.

Pauci sunt admodum dies, cum tua Antonii Lauretani patricii Ueneti praestantissimi defensoria in manus nostras luculentissima peruenit oratio; [175r] quae quam nobis undecumque uisa fuerit[4]) singularis, haud facile dixerim. Ita namque et grauitate et acumine premit, sententiarum et uerborum delectu fulget, ut flagicium sit non mediocre in tam numerosa librorum multitudine hoc tuae famae ingens monumentum et tui ingenii acre speculum imprimendum non dare.[5]) Quod certe nos et tui studiosissimi et Antonii Lauretani famae amantissimi fecissemus, nisi ueriti essemus, ne nimia nostra existimaretur ab aliquibus fuisse sedulitas, officiosaque ei officeret opera. Reliquum igitur est, ut apud te agamus exoremusque ipsam istic locorum[6]) imprimendam, ne diutius in situ et obliuione haec tam mirifica sepulta iaceat oratio. Uale! Uenet. Cal. Martiis.

---

1) scito. 2) Zweimal geschrieben, aber korrigiert.
3) ἔκλειγμα; vgl. das eligma ad destillationem De exp. XXIX, 59 aus Honig und Butter, lingendum.
4) Zweimal geschrieben, aber korrigiert.
5) Die Rede ist meines Wissens nicht gedruckt, ist aber vielleicht in cod. Regin. 1882 erhalten: Lippi Brandulini Florentini oratio ad Senatum Venetum (Ap. Zeno II S. 194). 6) Wohl in Florenz.

35.

Johanni Placentino Georgius Valla S. P. D.

Ingenue adolescens, salue! Laetor te Uicilenium instituendi tum moribus tum doctrina pueros accessisse, unde et mihi amabilior accedis.[1]) Quod autem exigis in epistolis Ouidii[2]), unde Paris Alexanderque[3]) dictus, et utrum prius nomen habuerit, non dubium, quin primo Paris dictus, non ut peruersa Grammaticorum Graecorum fert opinio, *ὅτι ἐν πήρᾳ ἐτράφη*,[4]) quod in detrimentum suae ciuitatis natus sit, sed[5]) *παρὰ τὸ παριέναι τὸν θάνατον*, id est, quod des [175v] tinatam sibi mortem praeterierit. Posterius autem Alexander nominatus, quod patriae suae *ἠλέξησεν, ὅ ἐστιν ἐβοήθησεν*, id est opem tulerit, bello Graecorum ingruente; alexo enim arceo prohibeoque significat, unde Alexander; quare Alexander posterius, Paris prius sine controuersia uocitatus. Uale et fidem diligentiamque ad instituendos discipulos tuos adhibe, si modo deum tibi uis non defuturum.

36.

Georgius Valla Jacobo Antiquario S. D. Æ.

Ritu meo existimaui non modo, quod meum, sed etiam quod meorum discipulorum, quantulumcumque id esset, ad te destinandum, ne forte tui nos obliuiosos factos esse credideris. Mittimus itaque ad te Ciceronis Oratorem, quem discipulus noster[6]) corruptissimum antea correxit atque interpretatus est. Liber sane dignus lectu, dignus intellectu, ut sit mirum, quod tam diu in situ latuerit atque adeo negligentia hominum iacuerit, eduximus autem e tenebris etiam[7]) in lucem. Ut aliquot olim libros, ita nuper Plauti omnes sumus interpretati comoedias nec non Uictruui de architectura libros, quos figuris suis illustrauimus mathematicis, quas, ut fertur, nec Romae nec alibi uspiam ausus fuerat quisquam attingere. In lucem quoque eduximus Euclidis Elementorum libros omnes, cum antea in cunctis ferme gymnasiis [176r] interpretari primi dumtaxat quattuor libri consueuissent. Ita in rubigine et squalore, quod uehementer doleo, bonae demersae sunt disciplinae, ut magni alioquin nominis mathematicus quidam sane perdoctus, cum me inuiseret, fateretur ingenue sibi esse incognitissima a quinto ad ultimum usque multa. Argyropili[8]) autem discipulus nuper aiebat omnes

---

1) Vigoleno ist ja Vallas paese.
2) Ovid, Epist. Paridis 358: causam nominis inde tuli.
3) Wohl zu lesen: Alexander quoque. Am Rande: Unde Paris et Alexander dictus, et utrum prius nomen habuerit.
4) Scholia Il. *μ* 93: *ἐκλήθη οὖν Πάρις, οὐχ ὥς τινές φασιν, ὅτι ἐν πήρᾳ ἐτράφη, ἀλλ' οτι τὸν μόρον παρῆλθεν. ὕστερον δὲ Ἀλέξανδρος, ὅτι τῇ πατρίδι ηλέξησεν, ὅ ἐστιν ἐβοήθησε.*
5) Zweimal geschrieben, aber korrigiert.
6) Vittore Pisano, 1492; s. oben S. 24. 7) Vielleicht eum.
8) Joannes Argyropulos hatte 1442 ff. in Padua öffentlich gelesen, s. Klette, Beitr. z. Gesch. u. Litt. der ital. Gelehrtenren. III S. 73.

de corporibus libros prorsus ignorari.[1]) Itaque dedimus operam damusque quottidie, ut non modo Euclidis, sed ne quidem Archimedis opera amplius lateant. Non uererer equidem haec dicendo, cum me uerum loqui sentiam, nomen aliquod subire arrogantiae, si inde laus mihi subesset aliqua. Verum cum res plane laboriosa sit mentem scrutari alienam, non utique insignis alicuius laudis, labores tibi nostros significare non detrectauimus, quod cupiamus egregiis ingenio uiris subdere calcaria; et si qui fuerint ad liberalia studia impensiores desiderio, ardenti camino, ut dicitur, addamus oleum, ne iuuentus nostra quod uitio professorum obuenit, semper in syllabis et litteris corrixetur et strideat, et tamquam hirundinini pulli implumes e nido numquam euolare audeant, sed hiantes expectent, ut ori mansus inseratur cibus. Gaudeo, quod iam multos uideor in meam pellexisse sententiam, [176v] ut iam quasi nubis obiice reiecta solis lumen, hoc est uerum et salubre cernant consilium. Hac in parte fui equidem apud te uerbosior, quod tum ex litteris tuis, tum fama mihi liceat intueri, te non iam quisquilias nugalesque ineptiolas quaerere studiorum, sed praegnantem, huberrimam, infinitis scaturientem non riuulis, sed fontibus indagare disciplinam; quam ob rem et tibi congratulor et mihi gaudeo, quod te talem tantumque uirum mei nactus fuerim consilii. At haec hactenus, praesertim tibi semper uehaëmenter occupato. Nuper, ut solet saepe, Constantinus Lascaris, olim praeceptor meus, litteras ad me dedit sui erga me amoris refertissimas, quibus significauit se totos dies esse cum regis uicem gerente in Sicilia[2]) eumque maximarum omnium disciplinarum auidissimum. Itaque cum librorum meorum, praesertim mathematicorum, legisset indices, quos ipse habere postulauerat Constantinus, supra, quam dici posset, affectus desiderio, ut necesse sit excribi aliquot uolumina fere in omnibus disciplinis et illuc mitti. Fomentum amisimus magnarum scientiarum nuper regem Personiae[3]) ac Laurentium Medicen, quorum loco nobis aliquem utinam sufficiat deus. Uale! Uenetiis.

37.

[177r] Alexander Benedictus Jacobo Antiquario S. P. D.

Georgius Valla in omni genere litterarum doctissimus nostrique[4]) amantissimus opuscula nostra, quae nuper praegustationis gratia edidimus, ad te familiarissime misit ductus nimia nostri affectione; unde

1) Das ist eine alte Klage, s. Scholia in Eucl. Elem. X nr. 405 und Euclidis opera V S. XCV.

2) Fernando Acuña, „uir pietate ac literis præditus", † 1494 (Maurolycus, Sicanicarum rerum compendium fol. 187r). An ihn hat Lascaris die Vitae illustrium philosophorum Siculorum dediciert, s. Migne, Patr. gr. CLXI S. 915.

3) Matthias Corvinus rex Pannoniae starb schon 1490, aber es hat natürlich einige Zeit gedauert, ehe das in Venedig bekannt wurde.

4) nostri quam.

fortasse laxato paulum diligenti examine bona esse existimauit; quae tu quoque, uir praestantissime, cum priscis, qui de medendi[1]) ratione scripserunt, certare affirmas. Non is sum profecto ex medicorum uulgo uel postremo, qui hoc audeam, sed temporum nostrorum maxima indignatio facit, ut, qui nihil sciam, audeam scribere, ut caeteri expergefacti nostris conatibus perficere idem audeant. Non ero primus, qui medicinae rationem male prosequar; undique enim occurrit barbaries; hactenus milia errorum apparent, nec modus est; nos forte domesticam medicinam aliis diligentius excolendam dabimus; damnabantur enim, qui uineam suam habuissent derelictui. Litterae tuae ad editionem Anatomices siue historiae membrorum humani corporis ad Maximilianum imperatorem, quae libris quinque continetur, me plurimum exagitant, et, nisi praesto sit Georgius Valla, uir aetate nostra doctissimus, extra omnium aleam hic positus, ue [177v] hementer aborticium partum timeam;[2]) utriusque tamen periculo fuit.[3]) Octo interea de omnibus morbis, qui membratim hominem inuadunt, sub lima sunt, sex de uenenis et uenenatis animalibus perfecti; patrocinium, quod amici maxime probauerint, praestolabuntur. Triginta sex in summa uolumina in plebem spargenda sunt, quae, si priusquam edita sunt, taxatorem inuenerint, maturius sese ad tempestiuum partum conseruabunt nec ita temere aliorum exemplo in lucem exibunt. Uale! Uenet. Idib. Januariis.

38.

Johanni Mariae Ruzinento Georgius Valla S. D. Aeternam.

Ternis litteris tuis unis hisce meis respondebo; siquidem prius mihi ultimae redditae sunt, quam primis respondendi per nuntium oblata fuerit occasio. Ex ipsis autem nuntiis praeter aromatarium, qui primas reddidit, adhuc uidi neminem. Fratris tui[4]) nec minus mei obitum grauissime tuli; sed me rerum[5]) humanarum natura uicesque compellunt non ulterius ingemere. Caeterum fortunae tuae congratulor ac gaudeo, ut ingenium postulat tuum, te nactum ex sententia locum[6].) Scribis, poscis et urges, ut, quae edidi, ad te destinem opera. Juuenalis solos commentarios iam pridem[7]) euulgatos ad te dare non possum; uenditi [178r] enim sunt omnes, qui, tametsi exquiruntur a multis, necdum

---

1) Hier getilgt: arte. Zur Sache s. Ep. 12. 2) timeant.
3) Verschrieben, vielleicht fuerit.
4) Wohl der Ep. 42 genannte Praeciuallus noster, vielleicht der Vater des Bernardinus nepos tuus Ep. 29. 5) Getilgt: uertigines.
6) Wahrscheinlich in Vercelli, Ep. 42.
7) 1486. Die späteren Ausgaben enthalten alle auch die Kommentare von anderen.

tamen inprimuntur.[1]) In Topica Ciceronis, in librum de fato, de uniuersitate commentarios[2]) nec non Alexandri Aphrodisei[3]) praeclari medici problemata, quae pridem iuuenis Latina fecimus, dedimus aromatario tuo. Ex tuis quoque litteris olfeci, te inaudiuisse me aggressum opus, quod expetendorum atque fugiendorum inscripsi; quod sane magnopere tu habere desideras. Ego quoque tradere concupisco; uerum necdum maturuit; foetura namque adhuc proxima imbecillum est, ut domo exire non audeat. Proximis namque diebus quadragesimum et nonum, quod ultimum est, uolumen absoluimus. Quaedam adhuc in incude reuoluimus mathematica.[4]) Denique, si deus dabit, hoc anno imprimetur, quod tibi placiturum non dubito. Recondita siquidem et abstrusa de Graecis eminentissimis sumpta autoribus ibi spectaueris, et quae nos quoque duce deo addidimus. Uale XIIII. Cal. Aug.

39.

Johanni Petro Vallae ex Cademustis filio dilecto adoptiuo Georgius Valla S. D.

Dilecte fili, nudius quartus tibi litteris significaui, ut magnificus Constantinus Priolus[5]) causam nostram Ma^co^ Dño Nicolao Michaelli[6]) istic legato commendauit[7]); iterum repeto, ut hominem adeas, [178^v^] quia principi ac praesidi regio[8]) res nostras commendabit. Si causa tibi fuerit istic diutius commorari, quid egeris, et in quo spes nostrae positae sint, nobis significa. Uale et cura ualetudinem. Nos Triuultiis nostris commendato, Astensi episcopo et eius fratribus omnibus.[9]) Dño Johanni Nicolao nostri principis[10]) filio plurimum commendato. Data Venet. pridie Cal. Octobris.

---

1) Er rechnet also die Ausgaben nicht, wo sein Kommentar nicht für sich erschienen ist.

2) 1485. 3) 1488.

4) Die Übersetzung von Archimedes? 5) S. oben S. 21.

6) Öfters als Gesandter verwendet, s. Justinianus S. 351 (vgl. Sanuto I S. 997 und II S. 6; 1498), S. 352. 7) Doch wohl commendauerit.

8) Gian Jacopo Trivulzi, der seit Mai 1496 wieder (Jan. — April war er in Frankreich gewesen) als Gouverneur des französischen Königs in Asti stand, Rosmini I S. 292.

9) Die Söhne des Gian Fermo Trivulzio, des Bruders des Gian Jacopo, waren Scaramuza † 1527, Gerolamo † 1524 und Giorgio † 1512; dazu Antonio, den Gian Pietro Valla in der Vorrede zu Plautus 1499 als Bruder Scaramuzas und Astensis episcopus nennt.

10) Ältester Sohn des Gian Jacopo, der 1495 den Ritterschlag erhielt (Rosmini I S. 267) und 1512 zu Turin starb (Rosmini I S. 469).

40.

Georgius Valla Victori Pisano Patritio Veneto S. D. Aeternam.

Laurentius Lauretanus[1]) et tibi affinis et mihi discipulus egit mecum pluribus, ut, quam tibi Johannes Christophorus Marecius causam aperiet, inspicias, utque ipsa uult iustitia, poscit humanitas, et amicorum efflagitat amicicia, amplecteris; quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vereor equidem multos tibi commendare, ne in ea parte ambitiosior esse uidear. Metuo pariter, ne me suspicetur magis, quam par sit, id tergiuersari, ne mihi uni natum dictitent etiam amici, potius quam diffidam re non percepta assequi me posse, quod poscam. Tuum tamen tibi non eximo iudicium, quoniam, si male iudicaueris, si bene tuleris sententiam, tremendissimum illud Dei tribunal uel pro te uel aduersum te aeternam proferet sententiam pro hac humana sententiola tenebris obsita, calligine obruta, setibus uepribusque demersa. Proinde nil tibi mea opinione commendatum accipias, nisi quod ius fasque postulet. Id sane tecum contendo, praece transigas, quo fortunatior tibi uita suggeratur, et soluto in terram uentosque corpore tu sempiterna fruaris laetitia. Uale! Uenet. 4to Nonas Junias.

41.

[179r] Georgius Valla Johanni Jacobo Triuultio S. D. Æ.

Non dubito, quin tibi rerum humanarum uertigines cogitanti succurrat idem, quod mihi, uideaturque heri modo Franciscus Sfortia in tanto fuisse fastigio, quale ambo uidimus, cuius ac fratrum[2]) tanta fuit soboles tamque longe radices propagatae, ut ad mille annos perduraturae uiderentur. Decessit ille. Filii[3]) et nepotes[4]) quo abierunt? Nempe quo immanitas perduxit et auaricia. Eis[5]) populorum habenas iustitia et caritate regendas dedit deus. At illi suo id attribuentes consilio ac foelicitati talis fortunae se indignos effecerunt, ac euenit, quod propheta[6]) inquit: „uidi impium exaltatum, ut cedros in monte Libano; conuerti me; amplius non erat, nec locus eius est inuentus".[7]) Ita postremo Ludouicus

---

1) S. oben S. 22. Es ist für die Achtung, die Valla in Venedig genoſs, charakteristisch, dass er von einem jungen Patricier aufgefordert wird sich bei einem Standesgenossen für ihn zu verwenden. Der Brief klingt leise an Horat. Ep. I, 9 an.

2) Francesco Sforza († 8. März 1466) hatte fünf Brüder.

3) Galeazzo Maria † 1476, Filippo Maria † 1479, Ludovico Moro, Sfortia Maria † 1479, Ascanio Maria † 1505.

4) Hier kann nur an Gian Galeazzo gedacht werden, über dessen Tod s. oben zu Ep. 18.

5) Getilgt: habenas.

6) Vgl. Ezechiel 31.

7) Hier am Rande: Nota prophetiam; nam omnia, quae in aliis litteris predixit, euenerunt.

Sfortia, portentum, inquam, illud, ut chimera „Prima leo, postrema draco, medioque capella“, [1]) quam iusto diuino iudicio mulctatus sit te dei ministro, totus mundus acclamitat. Necdum tamen finis. Nam diu non futurum, opinor, cum ipse cum fratre interceptus ac altero affine captiuus occumbet.[2]) Haec sunt immanitatis et auariciae praemia. Quid memorem [179v] infamiam? quae de ipso carmina per urbes Italas concinuntur? Quid porro? Nemo tam sublimis est, quin olim de ipso in coquina coquus et in stabulo stabularius sit laturus sententiam. Magna haec, quae debeant mentem ad bene agendum reuocare; sed longe maximum diuinum iudicium et tremendissimum illud tribunal. Proinde, Triuulti [3]) mi, si te tuosque amas, cognosce te ipsum, quod praeceptum ex oraculo olim habitum est sanctissimum; et tum nil erit, quod non ex tua eueniat sententia. Haec semel tibi putaui attingenda, quod horrendissima mala mihi inspicere uidear, nec longum fore, cum sument exordium.[4]) Uale! Uenetiis XVI Mensis Januarii.

42.

Johanni Mariae Ruzinento Physico Georgius Valla S. D. Æ.

Grauiter fero, Johannes Maria mi, nostrum Praeciuallum uita defunctum esse; sed ferendum aequo animo, quia fortassis nobis ipsis melius habet. Tristor etiam, te saepius ad me litteras dedisse nec unquam perlatas aut saltem redditas mihi. Nec excidisti animo ob hoc nec, quoad uixero, excides. Quod scribis de opere nostro expetendorum ac fugiendorum expectare, ut [5]) imprimatur, iam id confectum esset, nisi magnitudo operis et temporum molestia id facere prohibuisset. Nunc imprimuntur pleraque opera, quae latina fecimus, quorum indices [180r] litteris mittimus inclusos; erunt autem hoc mense impressa omnia. Clarissimis uiris multis eorum singula inscripta sunt; [6]) totam illam operum summam principi alicui censemus inscribendam.[7]) De tui Uercellensis episcopi [8]) praeceptore ad Graecas litteras capessendas curae nobis erit, et cum rem exploratam habebimus, si nuntium nacti fuerimus,

---

1) Il. VI, 181. 2) S. oben S. 45—46.

3) Hier am Rande: Notat auaritiam et immanitatem Triuultii. Trivulzi hatte durch harte Eintreibung der Abgaben grofse Erbitterung in Mailand und anderswo erregt (Rosmini I S. 334) und mufste am 2. Febr. 1500 mit den französischen Truppen vor dem zurückgekehrten Ludovico vorläufig aus Mailand wegziehen (Rosmini I S. 343).

4) Hier am Rande: Procnosticum uerum; nam paulo post ipse cum Gallis Mediolano fuit eiectus. 5) Korrigiert aus quoad.

6) S. oben S. 21, 37, 52.

7) Der Band ist d. illustri Guidoni duci Urbini Durantisque comiti dediciert.

8) Der Bischof von Vercelli, über dessen Lehrer im Griechischen Valla sich erkundigen und dem er die unten genannten Bücher verschaffen soll, ist Giovanni Stefano (1499—1502).

faciemus certiorem. Quod de Topicis et Helenchis scribis Aristotelicis, non est, ut opinor, quod aliam insumas operam. Delectus sum nuper iudex ad quondam Hermolai Barbari opera praebenda impressoribus planeque publicanda.[1]) Proinde cum ipse Dioscoridem Latinum[2]) fecerit nec non totam Aristotelis dialecticam,[3]) propediem haec imprimentur eiusdem commentationibus. Quod de Aristotelicis scribis operibus, scito omnia prorsus eius opera hodie impressione consumata esse.[4]) Quam ob rem si ea uoluerit emendatissime impressa, admoneto; quod si Latina uerba Graecis uelit alligari in logica, scribi ea necesse fuerit; sed si, quem opinamur, litteris Graecis nactus hominem fuerit eruditum, id facile praestare potuerit. Ciceronis autem opera omnia, de quibus scribis, feruntur nunc Mediolani imprimi,[5]) et perinde illinc ea tibi habere licuerit. Uale! Uenet. quarto Nonas Augustas.

43.

[180v] **Georgius Valla Federico Molino patricio Veneto S. D. Aeternam.**

Postulasti, Federice optime, proximis diebus, ut, quam inter dictandum poetices audiuisti a me factam distributionem, quod ea tibi excidisset, retexerem planeque redordirer ac scriptis ad te meis concrederem; proinde cum tergiuersari mihi nullo modo licuerit, si quam elabendi laboremque[6]) subterfugiendi excusationem confingere uoluissem, optimo tuo duxi mihi obtemperandum desiderio, tum quod tuus erga me amor, tua iugis obseruantia non id poscat modo, sed etiam efflagitet, lenitasque insuper morum tuorum urgeat, contendatque benignitas, ut a me nil frustra petere debere uidearis; et perinde liberalis hospitis ritu, qui ientacula modo poscenti amico ipsum nisi saturum dimittere noluerit, ita nos, quam tu postularis, pluscula subiicienda existimauimus, quo nostra erga te beniuolentia propensior cerneretur. Denique rem iam ipsam, ne sim uerbosior, intuere, ut ortum primo poetices, inde distributionem aggrediamur. Ut itaque Heraclides Ponticus[7]) memoriae prodidit, primus Amphion, Iouis et Antiopes filius, laudes parentum carmine celebrauit; post quem Linus naenias cecinit. Hinc Anthen ex [181r] Anthedone oppido Boetiae hymnos scripsit; per idem tempus Pierius ex Pieria Musas carmine laudauit. Post Philamon Delphon Latonam, Dianae et Apollinis nobilitatem. Inde Thamiris Threicius in poenam

1) Dieser Plan kam nicht zur Ausführung.
2) Herausgegeben von Aloysius und Franciscus Barbarus mit Joannes Barthol. Astensis Venedig 1516 (Ap. Zeno II S. 380).
3) Wollte Daniele Barbaro herausgeben (Zeno S. 386).
4) Die erste Gesamtausgabe bei Aldus in 5 Bänden 1495—98 (Botfield S. 194).
5) Eine Gesamtausgabe von Cicero in 4 Bänden erschien in Mailand 1498—99 an Trivulzi dediciert (Botfield S. 223).
6) laboreque.
7) Aus Plutarch de musica 3.

cecinit suam ausus cum Musis in certamen descendere bella Gigantum describens; quem secutus Demodocus, qui Troiae scripsit direptionem, Veneris et Vulcani nuptias euulgauit. Ithacensis porro Phemius a Troia reditum scripsit Agamemnonis.[1]) Post omnium facile princeps Homerus, quem innumerabilis turba in omni scribendi genere secuta est poetarum. Fabulas confinxisse primum in Sicilia Epicharmum et Phormim, inde Athenis Cratetem, putauit Aristoteles.[2]) De ortu poetices paucula et perstrictim haec, ne tibi sit stomachi molesta concoctio, si quid modo superfluat. Mox ad diuisionem, quam me poscis, recipiam.

44.

Georgius Valla Danieli Lando.

Quas superioribus diebus dedisse ad nos litteras scribis, nullas habuimus; quod autem de refrigerato tuo erga nos amore mentionem facis, id ego non arbitror. Verum tamen quoniam inter eos, quos amicos esse oportet, nihil [181v] praetereundum est, dicam, quid suspicionis amicorum tuorum mentibus inieceris. Quare tuum erit aut culpam ingenue fateri aut commissum non sine reprehensione perpurgare. Paucis tecum complectar, quae aduersum amiciciam nostram grauissime deliquisse diceris. Scis primum, quo te amore complector, Bartholomeum [3]) Creticumque [4]) excepisse, ut tuis litteris commendatos par fuit efficere. Nam quod mihi nunc palpum obiicias, non debere me tanti facere Bartholomeum, non ego maioris quam tu facio, ac fortassis impensissime minoris, quod, qualis sit, iam expertus sim; nec pluris utrumque facio in meam utilitatem quam qui necdum natus est, in damnum uero satis superque. Sed redeo, unde digressus sum. Visus tu quidem es, antequam mihi liber debitus restitueretur, fideliter tu quidem satis agere; post uero nescio, quid tu tandem metueris, ut nos commonefaceres de ea re ad te litteras amplius non esse scribendas. Inde Uictorem Pisanum patricium singularem deterrere [5]) uoluisti, quominus alia pignora, quam quae exposita forent, agglutinaret; ea namque satis esse ducebas. Dein tibi relinqui ea concupiisti; pro quibus te debitum omnem soluturum pollicitus es; inde palam apud te ea esse pignora protulisti, cumque alia exacta essent a Cretico, non prius, quid ageretur, commo[182r]nefecisti, quam scripseris te in ingentem altercationem deuenisse, quam totam rem multi commenticiam et abs te fictam putant. Sciebas enim, Uictorem Pisanum eos sibi emisse libros; tu cum eo precibus contendisti, ut tibi relinquerentur. Post neque putasti aut ipsum aut me commonefaciendum, restituenda necne ista essent pignora, quae si poscebantur, tua fuit culpa, qui te

---

1) Hier endet das Plutarchcitat. 2) Poetic. 5. 3) Unbekannt.

4) Lorenzo Cretico „destinato alla Catedra di umane lettere greche e latine in Padova, dove leggeva nel 1500“ Foscarini Lett. Venez. I S. 426, vgl. Agostini Scritt. Vinez. I S. 554. † 1505 als Gesandter in Lissabon. Schon 1491 hatte er lange in Padua gelesen, s. oben S. 18.

5) deterere.

ea habere dixisti. Rursus tua culpa, quod tradideris; nam si placebant, tenere debuisti, ut per gratiam impetraueras; si uero displicebant, cur postulanti Uictori Pisano non reddidisti? Haec sunt, Daniel carissime, quae de te iactantur. Tu enim nos explicatos implicuisti et obuoluisti meque pariter cum singulari patricio Uictore Pisano in hanc famae labem detrusisti; ais enim te laborasse multum, ut exigerentur pecuniae, quod nostrum neuter tibi significauit. Pignora enim erant nobis et eis alia adiicienda. Ius omne pro nobis fuit. Tu nescio quas quotque mentes uidearis ostendisse, cum nostram prorsus subuerteris sententiam. In te nos confidimus; tu nos prodidisse a multis argueris. Quare aut tuam purga innocentiam, si non deliquisti, aut culpam tuam fatearis ingenue, ne uulpeculae potius quam probi uiri mentem habuisse uidearis. Ego enim, ut mentem unam habeo, ita tibi amico occultandam esse non censui. Pecunia enim ista, quam te ais extorsisse, multis suspitionis [182ᵛ] quemdam suggerit olfactum. Malim equidem multo, ista haberes pignora, quam isto modo pecuniam; neque enim eam tanti facimus quam famam et honestatem, quam tu nobis multis uisus es eripuisse. Sed uale! Ob hoc ego non desinam, quod me par est, facere, neque ob hoc ab amicicia mea erga te declinare aequum esse putauero. Iterum uale! Sept^mo Cal. Januarias.

45.

Aus dem Archivio di Stato in Mailand (Original) mitgeteilt von Gabotto, Nuovo Archiv. Veneto I S. 215 ff.

Magnifico viro Cicho Simonetae Georgius Valla salutem dicit plurimam.

Quid tuorum utilitati liberorum, quo aetate doctiores, usu tritiores et temporis processu sapientiores evadant, a me consultum iri arbitratus sim, paucis eloquar meaeque sententiae omnem tibi, qui et fuit et est animo, ordinem digeram; nec longum faciam, ne multis te occupatum negociis curisque anxium mea oratione detineam. omnium primum illud mitto, quantum in litterarum caeterarumque facultatum studio assidua et vehemens exercitatio iumenta praebeat, huius rei, de qua locuturus sum, modum dumtaxat et ordinem expositurus. unaquaque hebdomada meis alicui ex discipulis tria aut quattuor aut ad summum quinque disputanda in litterarum studiis aut oratoria facultate vel in utrisque coepi dubia proponere altera me in cathedra sedente, ut, si illum rubore fortasse labentem videro aut ingenii imbecillitate haesitantem, in aurem submurmurans aut pro ipso respondens e vestigio occurram suppetias. atqui illorum tum doctrinam pariter et audentiam prius experior, ut in auditorio aut in circulis arguant ipsi deinceps disputaturi, perinde atque d. Benedicti de Curte filius universo prope astante gymnasio haud indocte iam effecit. hoc autem idcirco a me factum est, quo tepidi timidulique adolescentes animos publicis sumant et contionibus, discant indocti, id laudis cupidi prosequantur, et lascivi qui sunt, aliorum aemulatione suavi capiantur amore disciplinarum.

verum haec hactenus; quod reliquum est, breui accipito. eruditiores porro si quos habeo, etiam quos audeam grammatice non indoctos appellare, eos tamquam in acies litterarum duco. eorum aliquis figmentum sibi singularis alicuius viri proponat, quem uelit laudibus insignire, instituo, in quem alter tamquam acer aduersarius cum hoste conflicturus insurgat atque destruere, quantum et uerbis et rationibus consequi possit, annitatur, quod alter astruxit. hinc deliberativo in genere et iudiciali ad litterarum hoc ludicrum instituere animo est, quo deinde veris in rebus aut in senatibus aut in iudiciis, si quid probandum improbandumve cupiunt, consequi queant. quid tu? fortasse dicat aliquis, num tanta polliceris? fungar vice cotis, acutum reddere quae ferrum valet exors ipsa secandi. rem itaque cum omnem teneas, nunc vide, quid velim. An tuos incude hoc litterario cupis liberos erudiri? et veluti per gradus pedepressim interdum conscendere? ut primum, velut tyrones ad palum iaculantur post verum certamen subituri, tui hoc pacto filii in disputantem argumenta proinde ac spicula vibrent queque [?], exinde ea et laudari [?] et evitare discant atque hinc, ut tempus et doctrina poposcerit, a levioribus ad graviora conscendere possint. Johannem saltem Franciscum his ego laudaverim ludicris exerceri litterarum; sed tuae id erit optionis magnificentiae. quod autem potissimum fieri velis, quaeso, ne tuam pigeat magnificentiam admonere. Vale aeternum. Papie pridie idus Iunii [„probabilmente 1474“ Gabotto, jedenfalls nicht später, s. oben S. 7].

Appendix.

1.

Constantin Lascaris an Georg Valla.

(Iriarte, Reg. biblioth. Matrit. codd. gr. mss. S. 292, wiederholt bei Migne, Patrol. Gr. CLXI S. 959.)

Γεωργίῳ [1]) *Πλακεντίνῳ.*

Προσεκομίσθη μοι τὰ σὰ γράμματα, οἷς καὶ ἀπῶν τὰ τῶν πελαργῶν μιμούμενος τὴν περὶ ἐμέ σου εὐγνωμοσύνην ὥσπερ παρὼν ἀνέφηνας πάντα ποιεῖν υπισχνούμενος, οὐ τοσαύτην οἶδά σοι χάριν, ὅσην ἂν εἰ ἔργοις αὐτοῖς τὰ ὑπεσχημένα ἐποίεις. συγχαίρω δέ σοι περὶ τὴν ἱερὰν φιλοσοφίαν σπουδάζοντι, ἣν ἄκρον ἀγαθὸν οἱ παλαιοὶ νομίσαντες οὐκ ἄνευ λόγου τέχνην τεχνῶν καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν προσηγόρευσαν καὶ ἔτι ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ· δι' αὐτῆς γὰρ εἴδησιν τῶν πάντων λαβόντες καὶ ἑαυτοὺς ῥυθμίσαντες ἄνδρες θεῖοι ἐφάνησαν. ταῦτά τοί σε παραινῶ παντὶ σθένει αὐτῆς μετασχεῖν, δι' ἣν τἄλλα μεμάθηκας· [2]) *ὥσπερ γὰρ πολλὰς μὲν πόλεις ἰδεῖν χρήσιμον, ἐνοικῆσαι δὲ τῇ καλλίστῃ βέλτιστον, οὕτω μετὰ τἄλλα αὐτὴν εἰδέναι χρεών, ἵνα*

1) *Γεοργίῳ* Iriarte. 2) *μεμάτηκας* Iriarte.

μὴ πάθῃς, ὃ Βίων ὁ φιλόσοφος[1]) *ἔλεγε· τοὺς γὰρ τἄλλα μὲν μαθόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀμελήσαντας ταὐτὸν παθεῖν τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης ἔφασκεν, οἳ μὴ δυνηθέντες αὐτῇ πλησιάσαι ταῖς θεραπαίναις ἐμίγνυντο. σπουδαστέον δὴ καὶ πονητέον τὰ δυνατὰ ἅμα τοῖς δούλοις καὶ τὴν βασιλίδα καρποῦσθαι, ἧς τέλος γνῶσίν τε θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὁ σοφὸς ἔφησε Πλάτων.*[2]) *ἔρρωσο καὶ τὴν βίβλον τοῦ Διογένους*[3]) *μοι πέμψον.*

Der Brief gehört nach dem Ton offenbar in die Zeit kurz nach Vallas Studien unter Lascaris in Mailand.

2.

Fr. Filelfo an Georg Valla.

(Philelphi Epistolae, Venet. 1502, lib. XXXVII fol. 264v.)

Franciscus Philelfus Georgio Vallae sal.

Delectarunt me profecto litterae tuae, mi Georgi, quibus liquido animaduerti te studiosissimum esse non dicendi solum, sed etiam iudicandi. quantum ad Ideam attinet, cum primum mihi idoneus nuncius fuerit oblatus, dabo ad te, quae in eam materiam quam diligentissime sunt a me scripta. nolim tamen, ulla te dubietas capiat, *ἰδέα* idea *ἢ εἴδη* an ide dici oporteat. nam Timaeus Locrus[4]) Pythagorae auditor semper Ideam dicit, et Plato in suo Parmenide[5]) eodem utitur nomine. Aristoteles utroque utitur uerbo in eandem sententiam contra Platonem sophistice disserens[6]), cum aliter ipse Ideam capiat quam Plato; quanquam, si recte consyderabis, in omnibus suis libris, quos de moribus scripsit, cedit tandem Platoni de Idea, sed dicit, eam ad humanum bonum nihil pertinere.[7]) sed hac item de re in his, quae scribere sum aggressus de morali disciplina[8]), ita complecti omnia institui, ut nemini dubii quicquam relinquatur, quin omnes sint iudicaturi, et Platonem quam rectissime sensisse et Aristotelen non absurde, cum alio Plato et Aristoteles alio utatur fundamento. Inductio apud Graecos *ἐπαγωγή* epagoge ad uerbum dicitur[9]), non *παραγωγή* paragoge, quae quidem figura est contraria *τῇ ἀποκοπῇ* apocopae. De Cicerone uero mirari te non est opus, quod in epistolis[10]) reliquit scriptum: Itaque Homerus non Aiacen neque Achillen, sed Ulissen appellauit *πτολίπορθον* ptoliporthon, cum tam in octauo quam in quinto decimo Iliados libro[11]) id epitheton non Ulyssi dederit, sed Achilli, inquiens *λισσομένη τιμῇ σου ἀχιλλῆα πτολίπορθον.* Si meministi, quae scripta legeris

---

1) Plutarch De liberis educ. 10.
2) Eine wörtlich entsprechende Stelle finde ich nicht.
3) Doch wohl eine an Valla ausgeliehene Handschrift des Diogenes Laertios.
4) 93 b etc. 5) 132 a, 133 c.
6) Metaph. A 9, M 4—5.
7) Eth. Nicom. I, 4.
8) Erschien erst (unvollendet) Venedig 1552, s. Rosmini, Vita di Filelfo II S. 220 ff. 9) ducitur.
10) Ad fam. X, 13, 2. 11) Il. VIII, 372 und XV, 77.

apud Agellium [1]), simili errore est usus Cicero in libro de gloria, miraturque Agellius, cum diu postea uixisset Cicero, neque illum nec Tironem eius libertum eiusmodi erratum emendasse. sed quid miremur haec minima, cum in rebus subtilissimis et maximis quandoque errauerit Cicero? nonne in primo libro quaestionum Tusculanarum [2]) ἐνδελεχεία endelechia usus est pro αντολεχεία [3]) entelechia, cum per d scriptum continuationem significet, per t uero perfectionem? Audio, tibi nunc esse in manu Ciceronis Topica. [4]) at in istis quoque eum errasse intelligeres ex commentariis Boetii Seuerini. [5]) sed quantum ad Ulyssen et Achillen non est admodum mirum, cum notet Hieronymus, euangelistas etiamipsos alio pro alio quandoque usos nomine. Itaque nobis maxime est studendum, ut quae scribimus nonum premantur in annum secundum Horatium [6]), quo ridiculo simus nemini; nam quandoque bonus dormitat Homerus. sed haec tecum pluribus fortasse, quam opus fuit. Vale. Ex Mediolano X Kalendas augustas MCCCCLXXIII.

3.

Die Vorrede zu Juvenal, Venet. 1486, fol.

Illustri viro Johanni Tuccio Pannonico Georgius Valla salutem dicit plurimam.

Perspecta pridem mihi tua, Johannes Tucci uir illustris, uita integerrima me tibi plurimum deuinxit, et cum edendos censeremus tantopere efflagitatos, quos in Juuenalem uitiorum acerrimum repraehensorem scripsimus commentarios, eos tibi emittendos dicandosque existimaui, quo aliqua in parte affectissima tibi mens mea tuique studiosissimus nominis animus meus innotesceret. nec me sane fugit, quam haec tota tibi iucunda futura sit materies, qui, res maximas cum prudentissime belli domique gesseris administraueris que, cauisti semper, ne quid unquam committeres, quod a quoquam carpi atque damnari posse uideretur. quamobrem propter uitae tuae integritatem fortuna usus es, ut alii plaerique solent, paulo iniquiore talemque longe potiorem arbitratus es quam in magno honore minus recte uiuere, quamque huius te uitae non poeniteat, alacritas hilaritasque, quae constantiam fortitudinemque comitari fere consueuerunt, certissime nobis sunt indices, et perinde optimi iustissimique uiri tibi famam plane excitasti singularem, praecipue cum bonorum iustorumque hominum colas et obserues omne genus; animaduerti equidem saepenumero, cum insignes cuiuspiam uirtutes te audiente memorassem, quam totis mihi exultare uidebare praecordiis. quemadmodum cum de fortuna mea apud te loquerer aduersa, referebam inter non parum multas uariasque fortunae ab

---

1) XV, 6. 2) I, 10, 22.
3) Zu lesen ἐντελέχεια. 4) Gedruckt 1485.
5) Boetius in Top. Ciceronis Commentarii kritisiert öfters Cicero; vgl. V S. 839 (ed. Bas. 1570). 6) Hortatium. Ars poet. 388.

extrema usque infantia, cum primulum ex aluo matris euasi, in me communi quodam fato patriae et nimium familiari scaeuientis tempestates arietantesque sese turbines illos, ut fomentum sum adeptus Albertum Scotum comitem Placentiae clarissimum, illius olim urbis patrem, quem utrique Catoni non dubitauerim conferendum atque adeo multis in rebus anteponendum. inde porro longo interuallo, cum ille mortem obiisset, sollicitudinum mearum leuamen nactus sum Johannem Jacobum Triuultium nominis celebratissimi equitem iuratum. est nimirum Mediolanensis tota domus illa Triuultia eiusmodi, ut ex ipsius gremio tanquam ex equo illo Troiano pracstantissimi uiri emerserint, at prae caeteris, qui adhuc in hominum obuersantur oculis tres clarissimi fratres, Johannes Firmus Caucasia rupe fide constantiaque firmior, Johannes Jacobus et Renatus, duo illi Scipiones, duo inquam belli fulmina, nec cum Renato [1]) liberalitate, munificentia, animi magnitudine, militari scientia bellicaque industria nisi frater conferri potest. ecquis Johannis Jacobi praetoris in tot bellis inuictissimi res gestas non audierit? quae ductans in Liguribus exercitum gessit, ut, quos aliquando Romani consules duo uno tempore summo militum labore aegre superarunt, ipse rei bellicae admiranda scientia, sapientia, fortitudine, ui illa ingenii quasi flamma tanta celeritate in praeruptis editissimisque illis Alpibus et proelio et bello superauit, ut ipsi certe Genuenses (nam per id tempus nos Genuae rhetoricam ex Ticinensi gymnasio, ubi humanitatis studia dictabamus, acciti profitebamur, tametsi motus illi intestinaeque discordiae, quibus me fortuna immerserat, parum admodum liberalibus studiis operam nauare permittebant), id bellum, inquam, Genuenses ipsi diuinitus administratum esse uociferarint, quandoquidem rupicibus illis non latebrae, non minantes in caelum Alpes Triuultianae uirtuti obsistere potuerunt. Heluetios quoque, alioqui gentem Martiam, minacibus cateruis in agrum Insubrium descendentes, adeo ut omnia terrore formidineque compleuissent[2]), solo aduentu suo repressit. In Hetruria[3]), in Parmensi[4]), in Cremonensi [5]) agro quotiens cum hoste conflixit semper inuictus, ac adortos ex improuiso hostes desperata ferme rerum summa Triuultius et ducis et militis munia subiens necdum tamen satis armis expeditus primus ipse summo illo ingenii ardore bellicaque industria paucissima collecta manu, at fidelissima, in hostium instructam aciem alioqui bellica uirtute insignem irrumpens protrusit, passim fugauit aut obsistentem cecidit. nuper [6]) quoque, quantus in armis sit, non longe ab urbe castrametatus ostendit. caeterum hunc bellica gloria tam inclytum ducem nemo lenitate, mansuetudine, humanitate, gratia munificentiaque antecesserit, nec porro, ubi maximis de rebus statibusque administrandis consultetur, prudentia, grauitate, acumine quisquam superauerit. proinde inter fortunae meae fluctus mecum ipse laetabar, quod tantorum uirorum non uulgarem nanctus forem amicitiam;

1) Über seine Thaten s. Rosmini I S. 118, 618.
2) Wohl bei der von Rosmini I S. 59 ff. erwähnten Gelegenheit 1478.
3) 1478, s. Rosmini I S. 53 ff. 4) 1482, Rosmini I S. 97 ff.
5) 1484, Rosmini I S. 129 ff. 6) Juni 1486, Rosmini I S. 159.

impensissime uero consolabar Antiquarii suauissima consuetudine, cuius mentem ab omni perturbatione adeo sedatam nimiopere demirabar, prudentiam, iudicium, consilium, ingenium, quae in ipso summa omnia, quodque talem ipsum statuerit deus, ut, si totus orbis collabatur, non possit a iusto aequoque eum quisquam deter(r)ere. excitabat autem me ingeniique aciem, quantulacunque est, intendebat exacuebatque mirifica doctrina Lazari Dactyli[1]) conterranei mei, philosophi eximii et medici excellentissimi; nam a pueris eadem studia nobis inter nos summam beniuolentiam conciliarunt. is doctissimorum omnium consensu adeo praecellit, ut iam quattuordecim sint anni, cum primum sibi locum in tam insigni gymnasio iure medicinam profitendo defenderit siue medicinae autorum locos abstrusos doctissime exerando[2]) siue opere morbos curando, ut promptissima in eo sit scientia, iudicium acre, experientia certa ad leuandos confestim aegrotos. at non haec modo, uerum etiam elegantissimi urbanissimique eius mores me et plaerosque alios ipsum summo prosequi amore compulerunt. haec ego, dum fortunas meas quererer apud te, memorabam. tu porro interea loci, tametsi in amplissimis honoribus semper uersatus, et quae dominatus administrare solent magna tractauisti, ab illo tamen fastu non, ut multo maxima pars fastidire consueuit, sed nullum prorsus trahens supercilium, ut cunctis in rebus summam prae te fers lenitatem, ita haec sedatis atque adeo benignis excipiens auribus tales nunc inueniri ac beniuolentia mihi iunctos uixisse congratulatus es, mox ingenti, ut mos fere in huiusmodi tuus est, grauitate subiecisti: mirarer equidem impendio, quos tu mihi pauculos memorasti, nisi Uenetiae, ut semper, ita in dies magis me in se mirabundum spectabundumque totum conuertissent. proinde, cum saepe mecum huius ciuitatis diuinitatem tacitus olim considerarem, statui denique hanc potius colere quam usquam alibi uitam agere, satiusque duxi hic esse, ubi numinum quoddam coiuisse uidetur concilium. omitto nunc opes referre, missam singularem facio potentiam, siquidem fortunae, quae caeca esse palam proclamatur, quod plaerumque haec indignissimis commoda largiatur, potius quam mentis cultui ac laudi ascribenda esse confestim acclamitabit inuidia, quamquam dissimilis huius nimirum est ciuitatis aliis opulentiae ratio, quandoquidem non utique fortunae ludibriis obnoxiae tam diuturnae opes debent existimari, quippe quae non casu aliquo confluxere, sed ratione atque consilio, et perinde ita suis nixae radicibus uidentur, ut nisi ab optimo maximo deo, qui ipsas iampridem custodit ac defendit, conuelli neutiquam posse uideantur. quare si, ut dici solet, male parta male ac cito dilabuntur, bene quoque

---

1) Lazzero Dattilo oder Dattaro, Arzt in Piacenza (Poggiali, Memorie II S. 166). Die Memorie e documenti etc. I S. 118 führen ihn auf als Professor in Pavia 1467 ad lecturam logicae ordinariam de mane et sophistariae, 1472 ad lecturam medicinae de nonis, 1480, 1496, 1508 ad lecturam medicinae ordinariam de mane. Vgl. oben S. 22.

2) Vielleicht zu lesen exarando, wie Mittarelli hat; vgl. jedoch Vittore Pisano oben S. 24.

parta bene ac diu iure inconcussa permansere. Verum enimuero maius aliud suspicimus, nobilissimam diuinae huius ciuitatis incredibilemque sapientiam, quod, quamuis longe lateque dominetur Italiaeque robur ad Christianum nomen defensandum semper extiterit insolentesque omnes etiam maximas uires contuderit, semper tamen se summissius mansuetiusque gerat, ut nusquam gentium exteris tanta sit libertas, nulla ipsis imperantibus insolens licentia, nulla turpitudo, nullum turpe facinus toleretur, adeo ut ne quidem pater filio nec filius patri ignoscat delinquenti. neque id crudelitati imputandum feraeque immanitati; dolent siquidem ipsimet, cum in aliquos est seuerius animaduertendum; nusquam quoque tam nobilis claementia, tam insignis gratitudo, tam singularis humanitas, tam egregia lenitas iusticiae aequitatique commixta; nunquam, ut memoria proditum est, in hanc rem publicam quenquam beneficia ulla contulisse adhuc poenituit. Itaque munificentia, liberalitate, gratitudine, aequitate omnes facile antecedit. sunt magistratus subinde ipsi sancti integerrimique, ut, cum ad supremos uentum est, qui rei summam administrant, non plus possint, quam iusticia aequitasque permiserit; quod si mali quicquam admoliantur atque perpetrent, tum e caeterorum consortio turpiter eiiciuntur ac pro delicti magnitudine plectuntur, et perinde, quotquot patres atque patricios uideas, quod supra, quam dici possit, admirabile est, tot uiros regia administratione dignissimos cognoscas. qualem igitur hanc rem publicam putabimus, ubi tot uirorum tanquam collucentium siderum fulgor? an non scripsit Plato [1]) foelicem illam demum fore rem publicam, quam philosophi, hoc est sapientes uiri, administrarint? sunt hi nimirum huiusmodi, cuiusmodi uoluit Plato, et maius adhuc quiddam efficiunt, quam ille aut dixerit, tametsi facundissimus, aut mente, licet diuinus appelletur, consequi potuerit. O foelicem non Italiam modo, sed ipsum plane orbem terrarum, si Uenetorum sapientissimis exactissimaeque normae regatur institutis. talis namque uel inuidorum confessione Uenetus hic coetus in gubernandisque populis consessus atque adeo consensus est, ut cunctorum populorum habenas tenere rerumque potiri mereatur. nam, ut singulatim attingam aliquos, — omnes enim qui possum? — quis Nicolao Marcello [2]), quandoquidem superiorum ne nomina quidem satis teneo, quis, inquam, illo ad rem publicam administrandam utilior prorsus referri potest? quis Petro Mocenico [3]), summae uiro prudentiae, iusticiae ingeniique principe digni cunctis in rebus magis admirandus; cuius frater Johannes Mocenicus [4]) inclytus bonitate princeps. quid Andreas Vendraminus [5]), qui omnia consecutus, quaę in eminentissimo atque optimo principe probari posse uideantur. hos secutus nuper functus uita Marcus ille Barbaricus [6]) omni uirtute praecellens, mitis, seuerus, iustus,

1) Z. B. de republ. 540 d.
2) Doge 13. Aug. 1473 bis 1. Dez. 1474, berühmt als Feldherr.
3) Der berühmte kriegerische Doge 1474—76.
4) Doge 1477—85. 5) Doge 1476—77.
6) Doge 1485, † 14. Aug. 1486.

pius, sagacissimi ingenii admirandaeque in regenda re publica prudentiae. cuius frater aeque princeps Augustinus Barbaricus [1]), uir integerrimus. quid Bernardi Justiniani [2]) praeter alias eius praeclaras animi dotes, quae multae et clarissimae sunt, fulgurantem illam memorem eloquentiam, grandem, incitatam, ornatam, grauissimam, succo illo ac sanguine incorrupto, in qua naturalis, non phucatus, non accersitus, sed sponte occurrens nitor; denique quam religiosus scriptor et uerus? an quicquam imprudenter fieri putandum est, ubi Thomas Triuisanus [3]) praefuerit? quis Dominici Mauroceni [4]) grauitatem non adoret atque prudentiam simulque doctrinam? quis Frederici Cornelii [5]) lenitatem, sapientiam non colat, non obseruet; cuius gentilis Antonius [6]) acutus sane dialecticus, doctus philosophus, theologus insignis et mathematicus egregius. an Leonardi Lauredani [7]) uirtus latere potest, quae profecto per omnium aures peruagatur? cuiusnam aures ita peregrinantur, ut Sebastiani Baduarii [8]) omni laudis genere cumulati nomen possit ignorare? ullone aeuo interitura aut etiam obscura uideri potest Bernardi Bembi [9]) grauitas, elegantissimum multaque doctrina politissimum ingenium, liberum illud, doctum, fluens, expeditum orationis genus? an Zachariae Barbari [10]) usquam potest delitescere sapientia, nota gregalibus, nota nobilibus, nota principibus, nota regibus, summis notissima nostri saeculi pontificibus? cuius filius Hermolaus noster, qui sapit pleno pectore, qui nunquam satis laudatus, qui non aquas ille quidem collegit pluuias, sed uiuo, largo et perenni fonte exundat, quem aetas certe nostra alterum nobis Varronem suscitauit; ita enim omnifaria excellit scientia; cuius oratio bene docta, pressa, enucleata, limata, grauis in laudando, arguta in docendo, subtilis in disserendo et denique urbana et Uenetiis ipsis digna. his, quos recensui, alios tu mihi innumeros, Johannes Tucci uir clarissime, adiiciebas, quos profecto omni laude celebratissimos esse aiebas, quorum nomina mihi exciderunt; quod si impraesentia etiam succurrant, me illa recensere [11]) posse nullo modo confidam, praesertim hoc tempore. in hac demum

---

1) Doge 1486—1501.

2) Der bekannte Geschichtsschreiber, 1474 Procuratore di S. Marco, † 1489.

3) 1485 Procuratore di S. Marco, † 1497.

4) 1492 Procuratore di S. Marco, genannt il savio, il prudente, † 1509.

5) Fr. Cornaro (s. oben S. 21), 1485 Procuratore di S. Marco, † 1504.

6) Professor der Philosophie in Padua und Venedig, 1515 Gesandter in Frankreich.

7) 1492 Procuratore di S. Marco, 2. Okt. 1501 Doge, † 1519.

8) Senator, oft als Gesandter verwendet (z. B. 1486 in Rom), 1490 Capitano di Padova.

9) Vater des berühmten Kardinals Pietro Bembo, 1497 Capo del consiglio di dieci, † nach 1510.

10) Sohn des berühmten Francesco Barbaro, 1477 Gesandter in Mailand, 1487 Procuratore di S. Marco, † 1492 aus Kummer über die Verbannung seines Sohnes Ermolao (s. S. 17).

11) recessere.

diuinitus gubernata ciuitate, sicut tu quoque uere praedicas, quemadmodum omnis uirtus, ita dicendi studium in constituentibus rempu(blicam) non ut impeditis tyrannico dominatu animis, sed in optime [1]) constituta re publica regnat. Proin tuo illustri nomini, tuae iusticie, qua uir admirandus iure haberis, gratulor, cum a tam inclyto coetu cerno, quotus habeare. nec latere perspicua iam omnibus uirtus tua potest, quam in hac ciuitate in totius orbis terrarum conspectu esse necesse est; quamquam mauis esse tu quidem quam uideri. at quoniam sepultae par est inertiae celata uirtus similisque uel lyrae, quae reticet, uel qui non tenditur arcus [2]), non potes, non potes Uenetiis, ubi conspicuae omnes sunt uirtutes, assequi, ut tuae silentio obliterentur. tu enim Pannoniam, quam mirificis effers laudibus et rerum gestarum gloria ad caelum tollis, patriam tuam, tuis ipse moribus inpensissime exornas, bonitate, grauitate, iusticia, pietate, humanitate, prudentia, uirtutum denique omnium quasi aceruo praetendis ei faces et omnibus spectandam praebes, ut iniustus malusque non iniuria habeatur, quisquis te non amat ac obseruat. miror equidem saepe mecum, tam pacatam esse mentem tuam posse, ut, quibus plurimum profueris ingratosque subinde erga te esse noueris, tu, cum caeteri de ipsis obloquantur, defendas aut oratione, quod defendere non queas, aliorsum detorqueas; tam ab omni maledicentia abhorres. at, ne iam sim, non utique nimius — id ego non uereor — in tuis recensendis uirtutibus, ubi me etiam parcissimum fuisse sentio, sed ne, inquam, uerbosior, quam tu iam pati possis, praesertim tua memorantem, qui iusti et aequi obseruantissimus es custos, iam uirtutis ipsius rigidissimum lege satellitem, quo deinceps liberis tuis, discipulis nostris, quos innocentissimae esse uitae cupis, legendum atque adeo ediscendum exhibeas. Vale.

4.

Poggiali, Memorie II S. 143, führt aus einem Exemplar der Ciceroausgabe von 1475 (1485 bei Mittarelli, Bibl. S. Michaelis II S. 466 ist Druckfehler) „nella libreria di Sant' Agostino della città nostra“ (Piacenza) folgende eigenhändige Dedikation des Matteo Bosso [3]) an:

Ad venerabilem Religiosum Dominum Franciscum Vercellensem Canonicum Regularem Matthæi Veronensis praefatio.

Salve in Christo, quamplurimum dulcis Francisce et venerabilis. Libellos Ciceronis Topicorum, de fato et locum illum, quem de mundi genitura a Timaeo Platonis accepit, recognitos primum et emendatos, deinde expositos a Georgio Valla, viro plane et optimo et eruditissimo, quos humanissimus ille mihi donavit, cum perlegerem, arduique mihi et perdifficiles viderentur, tu illico mihi occurristi, Francisce dulcissime,

1) optimæ. 2) Claudian, De IV cons. Honor. 224.
3) Canonico regolare di S. Agostino. Seine Epistolae erschienen Mantua 1498 fol.

qui esses huiusmodi munere dignior, qui acri tuo ingenio ac splendidissimo nodos crebros atque gravissimos philosophiae mathematicasque figuras solvere possis me longe commodius ob studium, quod Geometriae, Aritmeticae, Musicae perspectivaeque adhibuisti, quibus particula illa Timaei praesertim quaque referta est. opuscula itaque ipsa tibi transmitto, quae secundo donata non gratiam quidem amittunt, sed pretiosiora se faciunt. Vale.

5.

Placidio.

Mit Placidio beschäftigt sich auch Dalla Santa, Nuovo Archivio Veneto X, der noch folgende Dokumente erwähnt: eine Anweisung von Diäten für die Untersuchungskommission vom 30. Juni (S. 5), ein Gesuch von ihm (in extenso mitgeteilt S. 10—11), das den Beschlufs vom 14. Juni 1497 veranlafst hat, eine Kaution, die Gregorio Scalione und Pietro Bembo nach seinem Umzug für ihn geleistet haben (S. 7), zwei Dokumente (S. 8), die sich auf den Notar Marcantonio Ubaldini beziehen, dessen Hülfe die Kommission benutzte, um den richtigen Placidio ausfindig zu machen und ihn dann in hinterlistiger Weise zu verhaften, und dem daher 10. März 1497 eine Schreiberstelle am Zollamt versprochen wird.

Archiv zu Venedig, Consiglio di X, Misto 27 fol. 13ᵛ: Die XVIIII Martii (1496), am Rande: capita.

Consulente collegio, quod per ea, que post expeditionem ab collegio factam de Placidio de Amelia habita fuerunt de pratica et noturnis colloquiis habitis per ipsum tam cum Castello de Uoltolina uno ex custodibus porte Peute ciuitatis nostre Hirgonii quam cum aliis ciuibus illius ciuitatis, auctoritate huius consilii captum sit, quod non obstante dicta expeditione, que, pro quanto spectat ad personam dicti Placidii, habeatur pro non facta, collegium ipsum primum habeat se reducere in cameram, et quod habuerit per maiorem partem libertatem examinandi et tormentandi tam ipsum Placidium quam dictum Castellum retentum et carceratum in carceribus nostris Venetiarum conductum iuxta mandatum huius consilii pro habenda illa veritate, que requiritur, et cum his, que habebuntur, veniatur ad hoc consilium.

de parte 13 de non 0 non sinceri 3.

fol. 37ʳ: die XVIII Julii consulente collegio (am Rande: S. Baldasar Treuisano, S. Ant. Lauredanus eques, Aduocatus).

Si uidetur uobis per ea, que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra Placidium de Amelia olim cancellarium Mᶜⁱ domini Jacobi de Triultiis exploratorem et significatorem rerum nostrarum ad prefatum Mᵐ dominum Jacobum de Triultiis collegiatum et confessum, ut est dictum.

de parte 13 de non 1 non sinceri 0

(am Rande: Aduocatus communis) Volunt, quod die Jouis proximo hora consueta dictus Placidius suspendatur per canas guturis in medio duarum columnarum, sic quod moriatur, et anima a corpore separetur.

de parte 0 — 0.

(am Rande: Consiliarii absente S. Constantino de Priolis, S. Andrea de lege) Uolunt, quod iste Placidius complere debeat annos duos in carcere forti, deinde baniatur in perpetuum de Uenetiis et districtu et de omnibus terris et locis nostris tam terrestribus quam maritimis, et, si fregerit confinia et captus fuerit, ponatur in carcere forti Venetiarum, ubi habeat stare per annum, et deinde remittatur ad bannum, et hoc totiens quotiens, et habeant, qui illum ceperint et presentauerint carceribus, libras quingentas de bonis suis, et, si non esset soluendo, soluantur de denariis dominii nostri, et hoc totiens quotiens, et publicetur presens condemnatio in scalis Riuoalti, in quibus dicatur solum ipsum Placidium fuisse condemnatum pro demeritis suis.

de parte 7 — — 8.

(am Rande: S. Paulus de Mulla, S. Ant. Bernardo d[octor] et eques, S. Ant. Boldu eques, Capita) Volunt, quod iste Placidius complere debeat annos quinque in carcere forti Venetiis clausus et deinde pro perpetuo baniatur de Venetiis et districtu et de omnibus terris et locis nostris tam terrestribus quam maritimis, et, si quo tempore fregerit confinia et captus fuerit, conduci debeat in medio duarum columnarum, ubi suspendatur per cañas ad unum par furcarum, sic quod moriatur, et anima a corpore separetur, et habeant, qui illum ceperint, libras mille soluendas ut supra, et publicetur ut supra. quia ad primum ballotare defecit una ballota, fuit iterum ballotata.

die dicto consulente consilio.

(am Rande: aduocatus communis.)

Quod iste Castello retentus et examinatus et non repertus culpabilis, ut est dictum, de carceribus relaxetur, quantum pro nunc.

de parte 14 de non 0 non sinceri 0.

fol. 99^{r}: die XIIII Junii (1497), am Rande: capita.

Quod auctoritate huius consilii concedatur Placidio Amerino condemnato per hoc consilium, quod pro curanda valetudine doloris illium, febris et cecitatis ponatur in carcere nouissimo, in quo finiat octo menses restantes [1]) de eius condemnatione, et stet clausus aut det fideiussionem.

de parte 13 de non 3 non sinceri 0.

fol. 181^{r}: die XXI Julii (1498), am Rande: capita. Aperto.

Augustinus Barbadico dei gratia dux Venetiarum etc. uniuersis et singulis tam amicis quam fidelibus etc. Ex causis et respectibus animum nostrum mouentibus fecimus ac presentium tenore facimus no-

1) Also ist der Vorschlag von zwei Jahren Haft schliefslich angenommen worden, und die Zeit ist gerechnet worden von der Verhaftung Februar 1496 an.

strum amplum, tutum et liberum saluum conductum et fidem publicam damus prestanti et erudito Placidio Amerino, quod possit per omnes ciuitates, terras, castella et loca nostra venire Venetias, stare et recedere ad libitum, non obstante aliqua condemnatione consilii nostri X contra se lata et quibuscumque aliis impedimentis et debitis tam publicis quam priuatis, et sine aliquo impedimento, molestia uel perturbatione. quare vobis fidelibus et subditis nostris efficacissime jubemus, ut presentes litteras et saluumconductum nostrum omnino cum debita executione obseruetis et faciatis inuiolabiliter obseruari. valens m̄s̄ tribus ꝑd.

de parte 14 de non 0 non sinceri 0.

Der Grund dieses Umschlags ist die eingetretene Spannung zwischen Ludovico Moro und Venedig, die im Okt. 1498 zu einer Liga zwischen der Republik und Ludwig XII. von Frankreich führte (Rosmini I S. 308); bei den vorausgehenden Unterhandlungen war Trivulzi thätig (ein Schreiben an ihn vom Dogen Agostino Barbadigo, 15. Juni 1498, bei Rosmini II S. 255 nr. 84). Placidio wurde wieder Sekretär bei Trivulzi und wird benutzt bei den Verhandlungen zwischen ihm und Venedig; im Dez. 1498 berichtet der venetianische Gesandte in Turin mehrmals von Briefen des „Placidio secretario di misier Zuan Jacomo" (Sanuto II S. 189, 2. Dez.; S. 198—99, 7. Dez.; S. 232, 17. Dez.; S. 284, 24. Dez.); Jan. 1499 ist er in Turin, um für Trivulzi Quartier zu besorgen (Sanuto II S. 339; weitere Verhandlungen mit Trivulzi durch ihn S. 347, 13.—14. Jan.; S. 503, 3. März; S. 535, 553). Im April geht er als Kurier von Asti nach Rom (Sanuto II S. 609), wo er im Juni noch ist (eb. S. 792, 813). Unter dem 13. Juli notiert Sanuto II S. 917: Placidio vien di Aste dal Triulzi, dicitur venuto per star qui secretario di questi do oratori francesi; am 14. Juli verhandelt er mit dem Rat der Zehn (eb. S. 919). Dann wird er mit einem Brief nach Frankreich geschickt (21. Juli, Sanuto II S. 942), und man ist in Venedig fortwährend um ihn besorgt und von seiner Reise benachrichtigt (Sanuto S. 971, 977, 1059); am 15. Aug. ist er wieder in Asti (S. 1097, 1104) und geht dann nach Venedig zurück (S. 1130), wo er am 25. Aug. eintrifft (S. 1153, 1158), um bald wieder zu Trivulzi zurückzukehren (S. 1175, 1265), der am 14. Sept. ein von ihm redigiertes Dankschreiben an Venedig richtet (S. 1318); darauf mufs er am 24. Sept. wieder als Kurier nach Rom (S. 1371).

6.

Alberto Pio von Carpi.

Archiv in Venedig, Senato I, Secreta R° 36 (Deliberazioni 1496 bis 1497), fol. 39r: Oratori Mediolani.

Exorte iterum sunt, ut accepimus, discensiones et scandala inter D. Gibertum et Albertum de Carpi, et denuo portas illius ciuitatis occupatas fuisse a D. Alberto prefato, quod molestia nos affecit, cum

maxime non possit nisi existimari id de industria factum fuisse, ut diuertatur D. Jo. Bentiuolus[1]) socer domini Giberti predicti a Florentina expeditione uel saltem illa retardetur. arbitramur propterea esse totis spiritibus attendendum inmediate sedationi controuersiarum predictarum. scripsimus ergo Ferrariam, Mantuam et Bononiam in forma efficacissima pro effectu predicto, sicque expediens et necessarium arbitramur, agat iste illustrissimus D. Dux et presertim Ferrariam, cum ab illo Illu. Duce dependeat D. Albertus prefatus promotor scandalorum predictorum. propterea vobis mandamus, ut efficacissimam operam dare debeatis apud istam excellentiam prefatam, ut omni medio possibili procuret pacationem controuersiarum predictarum et imprimis armorum depositionem et portarum relaxationem, ut conuenit. intelligitis rei importantiam, estote diligentissimus in solicitando dictum Ill^{mum} D. Ducem ad effectum suprascriptum. Dat/ die XX Junii 1496.

Unmittelbar darauf folgt das oben erwähnte Schreiben an die Markgräfin von Mantua:

Illu. D. Marchionisse Mantue.

Hauendo Nui cum summo despiacer intexo la nouita iterum suscitata a Carpi tra D. Gilberto et D. Alberto Cusini per esser questa cossa de sorte chussi perniciosa a questi presenti tempi, che driedo a se la porteria indubitanter effecti de molto mazor importantia, de quello hora appari questo principio, Habiamo voluto tra li altri scriuer a la ex^{tia} v̄r̄ā, laqual sapemo de quanta auctorita sii appresso el prefato D. Alberto, che la vogli dar opera tale et si efficace, che deposite le arme et tuto restituto in pristinum se aconcino per via plana et quieta tute le differentie predicte, come non dubitamo fara la prefata ex^{tia} v̄r̄ā mediante la sua prudentia et solito instituto dedito ala tranquilita et pace.

Dat/ die XXI Junii 1496.

III.
Die Bibliothek.

Über Vallas griechische Handschriften haben wir den wertvollen Reisebericht des Janus Lascaris (aus Vat. gr. 1412; veröffentlicht von K. K. Müller im Centralbl. f. Bibl. I S. 382—85), der sie 1490—91 in Venedig sah[2]), selbstverständlich aber nur Seltenes oder sonst Interessantes sich notierte (er hat im ganzen nur ca. 25 Bände verzeichnet). Daſs bald nach Vallas Tode einiges zerstreut wurde, geht aus den

---

1) Venedigs Verbündeter im Kriege mit Florenz wegen Pisa.

2) Er hat überhaupt damals freundlich mit Valla verkehrt, s. Centralbl. f. Bibl. I S. 386: *ἐν Παταουίῳ ἔφη ὁ Οὐάλας.* Da Janus Lascaris und Poliziano verfeindet waren, stammt die Kälte diesem gegenüber (Ep. 16) vielleicht daher.

von Poggiali II S. 138 ff. angeführten Worten des Giuseppe Ceredi [1]) hervor: quasi a sorte mi fur uenduti da chi lor non conosceua certi scritti di Herone, di Pappo et di Dionisidoro [2]) tolti dalla libraria, che fu gia del dottissimo Giorgio Valla nostro Piacentino, il quale per gli meriti suoi inalzato dalla liberalita dell' Illustrissimo Signor Giouan Giacomo Triulzi, che allhora gouernaua lo stato di Milano, hebbe facolta di poter raccogliere tutti i piu degni autori Greci, che dalla Grecia in quei tempi oppressa dalla sua maggior rouina erano per diuersi mezi trasportati nella nostra Italia, ne' quali scritti non mai stampati o tradotti, che si sappia, confesso di hauere ritrouato molte cose di quelle, ch' io sono per dire piu di sotto.

Aber der Hauptstock kam, wie gesagt, an Alberto Pio von Carpi, danach zum gröfsten Teil an Rodolfo Pio und mit seiner Bibliothek nach Modena. Einen vollständigen Katalog der Biblioteca Estense giebt es noch nicht; ein kurzer und unvollständiger Index bei Allen, Notes on greek mss. in Italy (London 1890) S. 5—22, Beschreibung einiger Handschriften in Cenni storici della R. Biblioteca Estense (Modena 1873) S. 4—65. Cavedoni, Memorie di Religione, di Morale e di Letteratura, serie III, tom. XVII, S. 212 ff. (Modena 1854) zählt S. 227 die (mit der heutigen Bezeichnung nicht stimmenden) Nummern von 65 Handschriften auf, die dem Alberto Pio gehört haben; davon stammen 60 von Georg Valla. Die Identificierung ist jetzt schwierig, weil viele Handschriften ihren alten Einband und damit die Provenienznotizen eingebüfst haben. Vorläufig ist es also nicht möglich, in dem folgenden Verzeichnis, über dessen Quelle s. oben S. 2—3, die Handschriften Vallas genau und vollständig anzugeben; wo es möglich war, habe ich auf Allen mit A, auf die Cenni storici mit C und auf Lascaris mit L verwiesen.

Cod. Barberin. XXXIX, 12, fol. 1: Inuentario delli libri della Libraria della bo. me. del s̃. Card. di Carpi cominciato questo di

1) Arzt und Mathematiker aus Piacenza. Aus seinem Werke „Tre discorsi sopra il modo d' alzar acque da' luoghi bassi, per adacquar terreni, per leuar l'acque sorgenti & piouute dalle campagne, che non possono naturalmente dareloro il decorso, per mandare l'acqua da bere alle Città, che n'hanno bisogno, & per altri simili usi", Parma 1567, 4°, S. 6—7 (Exemplar in meinem Besitz). Vgl. Tommaso Bzovio, De signis Ecclesiae Dei VI, 7 (Poggiali II S. 170): quod si machinas tollendis aquis exquiras; Valla Placentinus decem novem depingit Libris suis de geometria [De exp. XV, 1], decemque et octo a Catholicis iamdiu repertas ante Haereses Protestantium natas enumerat J. Ceredus.

2) Was mit Dionisidoro gemeint ist, weifs ich nicht. Da er bei Eutokios zu Archimedes III S. 152, 154, 178, 180 citiert ist — das einzige, was wir von seinen Schriften besitzen —, könnte man glauben, es sei die berühmte Archimedeshandschrift gemeint, die Ceredi dann von Rodolfo Pio gekauft haben müfste. Aber was dort von Dionysodoros citiert wird, geht weder Maschinen zum Wasserschöpfen noch überhaupt die Mechanik an. Mit Heron ist *περὶ πνευματικῶν* gemeint, mit Pappus *συναγ.* lib. VIII.

soprascritto [1564 alli XVI di Maggio] per commissione dell Ill^mi^ ss. essequtori del testamento di ss^ria^ Illmo per mano di Mr. Guido Lolio deputato da quelle et di Msr. Latino Latini et il Co. Marco Ant^o^. Bentiuoglio.

fol. 1—50^r^ enthalten meist gedruckte Bücher mit Angabe des Druckortes und der Jahreszahl. Da aber einige Nummern als Manuskript bezeichnet sind, führe ich alles an, was Handschrift sein kann. Die Buchstaben bezeichnen wohl die Schränke, die darauf folgende Zahl ist die der Bände, nicht der Werke.[1])

A (libri num. 87).

In prima Sermones estiuales Beati Bernardi in membrana in 4^0^ folio.

Speculo di Vinc^o^ in 3e uolumi in tauole et uno senza.

Opuscula Beati Anselmi Cantuariensis in quarto in tauole.

Ethica di Aristotile tradotta dall' Arettino scritta in carta membrana in quarto con tauole.

Petri Ferioli super sententias critto à pena con tauole in bambasina.

Dionigi Areopagitę de celesti hierarchia scritto in folio con tauole coperto di corame.

Rabi Leui de recto silogismo scritto a pena in folio coperto di folio.

Quęstiones in parua nat(ura)lia et libros mathcotorum scritti a pena in folio con tauole.

Auerrois supra i medesimi [de coelo et mundo, de generatione, de anima, metheora] et sopra la Matafisica di Aristotile in folio con tauole.

Gabriel Zerbo sopra la matafisica in folio con tauole.

Quęstiones Antonii Andreę supra libros Matafisice.

Gulielmus Ocham in artem ueterem cum quęstionibus Magistri Jo. Uersoris in libros Poleticorum Aristotilis in folio con tauole.

Simplicius in prędicamenta et Amonius in Perierminas scritti a mano in folio di tauole.

Logica Algazelis scritto a mano in folio con tauole.

B (98 Bände).

Franciscus de Maronis in primam sententiarum scritto a mano in carta membrana coperto di tauole in corame.

In libro sententiarum scritto a mano in carta bombacina in 4^0^ folio coperto di corame in tauole.

Petri Aureoli im p^m^ sententiarum scritto a mano in fog^lo^ reale lig. in carta pec. in duoi uolumi.

Henrici Beten in carta reale scritti a mano in duoi uolumi coperti di carta pecura.

1) Die beibehaltenen Abkürzungen und Fehler sind meist leicht zu durchschauen.

C (117).

Eusebii Cronica et historia ecc^{a} eiusdem et historia tripartita scritti a mano in carta membrana coperti di corame in tauole.

Un Tomo delle opere di Hieronimo scritto in carta membrana coperto di tauole in cor. scritto nel 1460.

Zenobio Acciasuolo traduttioni in lib. Theodoreti curatio grecarum affectionum scritto a mano in carta bambacina con tauole.

Scotti super primum sententiarum in fol. cop. di tauole in cor. con il segno di Scoto.

Scotus in 4^{m} sententiarum scritto a mano in carta membrana in tauole con cor.

Scoti quodlibet et reportata super 2° libro sententiarum scritto in carta bambasina con tauole.

Alphonsus Archiepiscopus Hispalensis in p^{m} sententiarum scritto in carta bambacina con tauola coperto di corame.

Liber incerti Authoris sine principio manuscriptus in membranis coperto di tauole.

Liber sermonum sanctissimorum patrum per Jacobum de Voragine scritto a pena in memb. in fol. ottauo.

Jo. Damaseni Himni et alia, Prosperi Aquitanici carmina, Propę Falconię, Lactantii Firnicani et aliorum carmina in 4° folio con cartoni in corame.

Petri Tartaretti in Sumbula Petri Hispani.

Oeconomica di Arist. scritto a mano et Plutarco de alien^{s} filiis in 4° fog. in memb. con tauole copert. di cerame.

D (107).

Jo. Antonii Delphini de Eucharestia scritto in carta bianca coperte bianche in folio.

Rafaelis Uoleterani de institutione xp̄iana et alia aliorum in fol. cop. di carta pecura.

Thomę Braduerdini in lib. sententiarum scritto in pargamena.

Mattheodii Patercu^{s} de Principio et fine seculi, Baptiste Marh^{is} Pallauicini Carmina et Antonii Campani carmina manu script. in 8° cum tauole.

In p^{m} et 2^{m} Priorum Arist. manuscritto in folio con tauole in bambacina.

Rethorica di Arist. tradotto dal Trampesuntio scritta in bambacina coperta di membrana in folio.

Logica Mengi in folio coperto di membrana.

Boetio sopra la topica di Cicer. in folio con memb.

Auerrois Parafrosin in Arist. Elenchos scritto in bambicina cop. di memb^{a}.

Espositione di una Canzon' d' Amor del Conte della Mirandola in folio scritto a pena coperto di membrana.

Hermolai Pliniane castigationes in fol. con tauole.
Joannis Dameseeni fisica scritto in 4° folio.
Arist. Parua Natura. per Alcionium uersa in fog. con membr.

E (82).

Glosa Nicolai de lira in uetustamentum in 3 tomi grandi scritti in membrana con cor. in tauola.

Postilla fratris Petri de Zarentasia super epistolas Pauli scritto in membr. con tauole in cor.

Jo. Francisi Poggi de Potestate Pape et Concillii in 4° con cartone in corame.

Quedam acta Concilii Constantien et Basilien' et excerpta ex libro Martini scritto in 4° coperto di pargamena.

Etimologia de Isidoro scritto in carta bambacina in fol. con tauole in cor.

Sinodales Constitutiones Epi Mutinen scritti in memb. con tauole.

Francisi de Castro de Potestate Pape et ortu ecce in 4° fol. scritto in cartone con cor.

Alberti de Utino de Potestate Pape supra concilium in 4° scritto in cartone con corame.

Quedam ex actis Conciliorum Pisani et Basilien, Ferrarien et Florentini per compendium scritti in fol. coperto in bianco.

Jo. Pici de rerum prenotione libri nouem in fol. con cart. in cor.

Enrici de Gandano summa scritto a mano in fog. con tauole.

Magri Enrici Gorichem in lib. sententiarum in folio coperti di tauole in corame.

Polcanthea in folio con tauole.

Arist. opera quedam cum commentariis Aueroris in folio reale con tauole.

Alberto Magno de animalibus in fol. reale con tauole.

Egidius Romanus de regimine Principum scritto in bambasina in folio con tauole.

F (111).

Ordini di Cauale[ri] di francia in francese in fol. in car. pec.

Erodiani hist[a] in fol[o] con tauole.

Leonardo Aretino Bellum punicum scritto a mano in car. meb[a] con tauole in cor.

Plutarchi aliquot uite et alia eiusdem per eum uersa Leon. aret. scritto in carta membrana con tauole in car.

M. Tulii Orationes aliquot et alia scritto in membrana con tauole in cor.

M. Tulii de senectute et amicitia et alia scritto in memb[a] con tauole in cor[e].

M. Tulii Philosophia in folio reale con tauole in cor.

